



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio II. De Excommunicatione Dubia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

teriorum claustra. *Ibid.* 5. Illi, qui praesumunt Visitatores Monialium impedire, in eo, quod statuitur à Concilio, si à Visitatoribus admoniti, non cessant. *Clement. Attendentes*, §. *fi de statu Monach.* 6. 1). qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis iure Canonico interdictis, aut cum Monialibus matrimonia contrahunt: nec non Religiosi, Moniales, ac Clerici in Sacris Ordinibus constituti matrimonia contrahentes. *Clement. 1. de consang. & affin.* 7. Inquisitores, ac Commissarii, illorum, aut Episcopi, vel Capitula Sede vacante, qui sui officij prae-textu illicitè sumunt pecunià aliquā. Et qui scienter bona Ecclesiastica usurpant. *Clement. Nolentes de heret.* 8. Omnes Officiales Civitatum, vtriusque appellentur, qui faciunt, ribunt, vel dicunt statuta, ut solvantur usurae, vel quod soluta non possint repeti. Et ij, qui iudicant, usuras solvendas esse, aut non repetendas solutas. Et qui ad id potestatem habentes, è libris talia statuta non eradunt. *Clement. 1. de usur.* 9. Religiosi, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertendos audientes à soluendis decimis Ecclesiae debitis. Et illi, qui de industria nullum conscientiae scrupulum incutunt in confessionibus poenitentibus circa solutionem decimarum. *Clement. Capientes de pan.* 10. Religiosi, qui non servant Interdictum, vel Cessationem à divinis quam Cathedralis Ecclesia vel^a matrix, vel Parochialis Oppidi servat. *Clement. 1. de sent. excom.*

93. Hae excommunicationes in corpore Iuris continentur, superflunt nonnullae aliae, quae in Extravagantibus multis habentur: sed quia

plerisque in locis non videntur usu receptae, eas praetermitto. Demum in Tridentino octo aliae feruntur excommunicationes. 1. contra imprimentes, & imprimi mandantes, vendentes, apud se retinentes Libros de rebus Sacris sine Auctoris nomine, & sine approbatione. *Trid. sess. 4.* 2. Contra praedicantes, vel docentes, vel pertinaciter asserentes, non esse necessariam Sacramentalem Confessionem habita confessarij copia, ante Communionem, his, quos peccati lethalis conscientia gravat, etiam si confecti accedant. *Sess. 13. can. 11.* 3. Contra Raptores mulierum, ac illis consilium, ac favorem praebentes. *Sess. 24. c. 6. 4.* Contra illos, qui quovis modo subditos suos vel quoscunque alios cogunt minus libere matrimonia contrahere. *Sess. 24. c. 9. 5.* Contra Magistratos seculares, qui non praebent auxilium invocatum ab Episcopis, ad restituendum, vel conservandum Monialium clausuram. *Sess. 25. cap. 2. 6.* Contra ingredientes septa Monasterij Monialium cuiuscunque generis, aut conditionis, aratis vel sexus fuerint, sine licentia Episcopi, vel superioris in scriptis obiecta. *Ibid.* 7. Contra illos, qui cogunt aliquam feminam, praeterquam in casibus à iure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum Religionis habitum, vel ad professionem emittendam, Eoque, qui consilium, auxilium, vel favorem ad id dederint, vel praesentes et actui scienter fuerint. *Sess. 25. c. 18.* 8. Contra illos, qui Sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel proficendi quoquo modo sine iusta causa impedierint. *Sess. 25. cap. 18.*

SECTIO SECVNDA.

De Excommunicatione Dubia.

CAPVT X.

Circa Essentiam, & Causas Excommunicationis.

DVBIVM I.

An absolute prolata Excommunicatio semper de Maiore intel- ligatur?

94. Non semper intelligitur de maiori.



ON intelligitur semper de excommunicatione maiori. Quia c. 1. de exception. in 6. quod est post Gregorium IX. dicitur, si quis in iudicio excommunicatione opponat, illius speciem declarare debere. Quod distū est (ait Glossa) propter species excommunicationis

maioris, vel minoris. Ergo sub nomine excommunicationis absolute prolata nō venit excommunicatio maior intelligenda; alias nō teneretur excommunicationis speciem declarare, cum satis declarata esset. Sic nonnulli ex Glossa.

Semper de excommunicatione maiori intelligitur. Quia sic definitur Gregorius IX. c. 1. Si quem penitus de sent. excom. Licet enim ante ip- sum excommunicatio simpliciter sumpta saepe relinquitur pro minori sumebatur, ut constat ex cap. Sacerdote, de consecr. dist. 1. & cap. Exceptrudam 3. q. 4. Attamen post Gregorium nunquam pro minori, sed pro maiori semper sumitur. Ita Co- nar. Cap. Alma mater 1. part. Paragraph. 8. num. 5. Coninch. disp. 14. dub. 1. Laym. l. 1. tit. 5. p. 2. c. 1. numer. 1. Suar. l. 1. cap. 4. num. 19. & alij communiter.

Hoc dicendum. Neque obstat totius citatus Quia ibi species excommunicationis exprimenda est non quidem maior, aut minor, quia certum iam supponitur, maiorem esse debere: sed quamam species maioris sit, an violationis Ecclesiae, an percussione Clerici Quod colligo ex verbis textus praecipue ex §. Si vera, probata enim erat exceptio apertissimis documentis,

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 203

tis, quod nullatenus fieri posset, allegata excommunicatione in genere, nisi illius causas, & circumstantias declararet. Mecum Suarius disput. 8. de Censur. section. 3. num. 6. & Coninch. citatur.

DUBIUM II.

*Cum Excommunicatio fertur ob leuia mul-
torum furra obligatne vi singuli
pro minutis furis satis-
faciam?*

⁹⁷ *Nonnulla
suppone.* **S**Cio, causam materialem, ob quam Excommunicatio ferri potest, necessario esse lethale peccatum: alias enim hæc pœna, quæ est omnium maxima, culpa non commensuraretur. Attamen, ob stare videtur vulgaris de vineæ deuastatoribus casus. Contingit enim sæpe plures diuisim deuastare vineam, quorum singuli leuem surripere quantitatem, neque vnus in alterius damnificationem consensit. Iudex vero Ecclesiasticus, vt hoc damnum reparetur, promulgat excommunicationem aduersus omnes illos, qui vineam deuastarunt, nisi restituant. Quæstio itaque an huiusmodi excommunicationem incurrant ij, qui culpam leuem perpetrarunt obligantem eos ad restitutionem?

⁹⁸ *Non incur-
runt.* Non incurunt. Quia licet finis, qui per excommunicationem obtineri intenditur, grauis sit, nempe grauis vineæ nocuenti reparatio: at quod singulis præcipitur, leue est, vt patet, leniterque conducit ad præfati finis consecutionem. Non enim singulorum restitutio per se sumpta, cum leuis sit quantitas, reparare damnum grauitur potest. Sic Nauarra *capit. 17. numer. 139. Covarruias ad cap. Alma. part. 1. §. 9. numer. 2. illap. 4. Nauarra libr. 3. de resitut. capit. 11. dubio 5. numero 49.*

⁹⁹ *Incurrunt
quidem.* Incurrunt quidem. Quia impossibile est, damnum graue domino vineæ minutis furis singulorum illatum reparari, nisi singuli ea minuta sorta restituant: ergo singulorum restitutio leuis quantitatis surreptæ grauitur con-ducit ad damni illati reparationem. Igitur excommunicationem incurunt, qua ad restitutionem damni illati obligantur. Ita Sotus in 4. dist. 22. question. 1. articulo. 2. Barbof. 3. de potest. at. Episcop. allegat. 96. numer. 29. Henriquez libr. 13. capit. 17. numer. 4. Lessius libro 2. capite 12. dubio 9. numero 55. Suarius disputatione 20. sectione 2. numero quarto, & alij.

¹⁰⁰ *Hoc verius
est reor.* Hoc verius esse reor. Nam quoties finis præcepti grauis est, & res, quæ præcipitur præfati finis consecutioni est necessaria, grauis est obligatio illam exequendi, quia præcepti grauitas non desinitur solum ex grauitate materiæ in suspectata, sed ex graui, vel leui conuenientia, quam habet cum fine intento.

DUBIUM III.

*Omnis excommunicatus estne iure diuino
vitandus?*

¹⁰¹ **I**Ta est qui excommunicatur, iure diuino se-
iunctus à fidelium communione, vt neque
iple cum eis, neque ij cum ipso valeant com-
municare, saltem in rebus diuinis, quæ est
communicatio Christianorum propria. Quia
liberum Com-
municatio. Si Ecclesiam non audierit, munione.
sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus. & Ioan.
Epistol. 1. Nolite cum domo recipere, nec aue-
re dixeritis. Sic nonnulli, quos pressio nomine me-
morat Castro Palao de Censur. disputat. 2. punct.
4. numer. 1.

¹⁰² **O**mnis excommunicatus solo iure Eccle-
siastico prohibetur, ne cum fidelibus possit com-
municare. Quia licet potestas excommuni-
candi fuerit à Christo Domino suæ Ecclesiæ diuino, sed
concessa, at excommunicationis institutio à solo Eccle-
siastico ortum habet. Aliàs si privatio
communione esset excommunicatis iure diu-
no indicta, non posset Ecclesia hanc privatio-
nem restringere, vel extendere, aut aliquo mo-
do mutare, sicut pro temporum varietate fa-
ctum esse colligitur ex cap. Quoriam multos, n.
question. 3. Ita Suarius disputation. 2. difficultat. 2. Stephan. Da-
uila de Censur. part. 1. cap. 3. d. 1. dub. 6. Coninch.
d. 14. dub. 2.

¹⁰³ **V**erissimum hoc esse defendo. Neque ex ver-
bis Matthæi, & Ioannis colligitur inobedien-
tem necessario esse vitandum. Verba enim illa
non continent præceptum: alias omnes rebel-
les Ecclesiæ, & incorrigibiles ipso iure essent
excommunicati vitandi. Sed consilium deno-
tant, & admonitionem, ne cum hereti-
cis incorrigibilibus, & contumaciter ino-
bedientibus communicemus tum, ob con-
tagionis periculum, tum ipsi confusi, resi-
piscant.

DUBIUM IV.

*Circa excommunicatos vitandos, stan-
dumne est constitutioni Concilij
Basiliensis, & non Con-
stantiensis?*

¹⁰⁴ **A**Nte Concilium Constantiense, qui erat
ab Ecclesia excommunicatus, tenebatur
separare se à conuictu, & communicatione
aliorum fidelium, & fideles ab ipso: ita vt si ex-
communicatio publica esset tenebantur in pu-
blico: si secreta secreto, vt constat ex cap. Cum
non ab homine, de sentent. excommunicat. At in
Concilio Constantiensi anno 1414. celebra-
to, & à Martino V. confirmato decretum est,
neminem à Communione alius cuius, Sacramen-
torum administratione, aut aliis quibuscumque
diuinis intus, & extra prætextu cuiuscumque
sententiæ, aut Censuræ Ecclesiasticæ à iure, vel
ab homine generaliter promulgatæ teneri, &
obligatū esse abstinere, vel aliquem vitare, nisi

sententia, vel Censura huiusmodi fuerit illata contra personam, Collegium, Vniuersitatem, communitatem, aut locum certum à Iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expresse. Porro huic constitutioni Consilium Basiliense sess. 20. moderationem adhibuit, vt non solum Clerici notorius percussor, (quod solummodo Constantiense excepit,) sed quicumque notorius excommunicatus vitandus sit. Hinc quaesierim, cuius constitutioni sit standum, an Constantiensis, an Basiliensis?

105 *Basiliensis standum, non Constantiensis.*
Basiliensis quidem, non Constantiensis standum est. Quia Basiliensis constitutio expresse habetur in dicto Concilio, secus Constantiensis, quae tantum ex Doctorum relatione constat. Sic Felin. ad cap. Rodulphus, circa fin. de re script. Syluest. verb. Excommunicatio §. numer. 9. Nauarr. ad cap. 1. §. labore, de penit. dist. 8. Albertin. in repet. in Rubr. de heretico. numer. 44. Couarruias ad cap. Aina, part. 1. §. 2. numer. 7. Vgolin. de Censur. tab. 1. capit. 13. §. 7. numer. 8.

106 *Constantiensis non Basiliensis standum.*
Constantiensis, non Basiliensis standum constitutioni. Quia Concilium Basiliense omni autoritate fuit destitutum, vt pote acephalum, ideoque in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 1. dicitur, non fuisse Concilium, sed Conciliabulum, & in multis errauit, maxime in Eugenij IV. depositione. Vnde ipse Eugenius illius decreta reuocauit, exceptis quibusdam pertinentibus ad beneficiorum collationes, dispensationes, Censurarum absolutiones. Ita Sayrus libr. 2. Theaur. capit. 12. numer. 9. Laymen. libr. 1. tractat. 5. part. 1. capit. 4. numer. 2. Syluest. mutans sententiam in Epistol. ad lector. fol. vlt. rim. Victor. de excommunicat. numer. 20. Auila part. 2. capit. 6. disputation. 2. dub. 1. Henriquez libr. 8. de excomm. num. 1. Suar. d. 9. sess. 2. num. 5.

107 *Hoc longe mihi verius.*
Hanc sententiam longe verioresse existimo. Nicolaus namque V. vti constat ex Bulla eius data Spoleti 14. Kalend. Iulij anno 1439. Basiliensis Concilij eadem quae Eugenius decreta reuocauit. Praeterea vsu, & consuetudine in Gallia, in Germania, & Belgio, quae est optima legum interpret, habetur notorijs haereticis, aliorumque excommunicatorum conuictum non vetari, quovisque eorum excommunicatio declaratur. Constat igitur, non esse obligatos fideles excommunicatum notorium siue facto, siue iure vitare, quovisque denunciatus sit, nisi Clerici percussor extiterit. Quia constitutio expresse requirit Censurae denunciationem, quae facienda est in Ecclesia, vel alio loco publico, iuxta regionis consuetudinem.

DVBIUM V.

Teneturne quis excommunicatum denunciare, vel manifestum Clerici percussorem ubilibet vitare?

108 *Satis quae sententia.*
Satis probabile existimo quemlibet licite posse eum non solum occulte sed & publice vitare. Quia excommunicatio iure vel facta publica in vno loco absolute publica est,

& vt talis probari potest. Ergo dat fidelibus potestatem vitandi huiusmodi excommunicatum. An vero teneatur, in quaestione adduco?

Tenetur plane. Quia Concilium Constantiense praecipit vitare excommunicatum denunciatum, & manifestum Clerici percussorem, neque restringit praecipitum ad denunciationem, vel percussoris locum. Sic Bonacin. de excommunicat. disputation. 2. quaestio. 2. punct. 6. §. 2. numer. 48. Valquez de excommunicat. dub. 8. numer. 2. Filiucius tractat. 13. numer. 49. Henriquez libro decimo tertio, capite 24. numero 1.

Minime tenetur. Quia excommunicatus publicus in vno loco non est censendus publicus esse in alio; nam esto denunciatio personam afficiat, id intelligendum est comparatione illorum, quibus denunciatur, seu in quorum notitiam deuenire denunciatio potest. Ita Sanchez libro 2. Decalogi capite 1. numero 20. Durand. in 4. distinction. 18. quaestio. 5. Paludan. ibi. qu. 6. artic. 1. numer. 5. Auila part. 2. cap. 6. disputation. 11. dubio 12.

Haec mihi verior opinio, ex cuius ratione infero, neque etiam secreto quem obligatum esse excommunicatum huiusmodi ubilibet vitare. Quia obligatio vitandi eum etiam secreto post Concilium Constantiense non oritur ex excommunicatione, sed ex ipsius notoria denunciatione. At illo in loco, (vt supponimus) non est denunciatio notoria: Ergo nullam vitandi eum obligationem inducit.

DVBIUM VI.

Estne graue piaculum, seclusa necessitate, excommunicatum inducere, vt tibi Sacramenta ministret, celebret officium diuinum, vel tecum recitet?

Suppono, stante necessitate, vel speciali vtilitate, qualis esset, non reperire alium, qui aequae bene haec tibi beneficia conferat licitum tibi esse. Quia in huiusmodi inductione non peccas contra censuram, siquidem ex vi censuræ nulla tibi communicatio cum his excommunicatis interdicatur; neque etiam ob inductionem ad peccatum, quia non inducis ad iniquam Sacramentorum administrationem, & celebrationem; hanc enim non postulas, sed administrationem Sacramenti, & celebrationem secundum se, quae per se licite fieri possunt ab excommunicato tolerato, stante necessitate, aut vtilitate petentis. Quaestio autem est, num, seclusa necessitate, sit graue piaculum inducere excommunicatum, vt tibi Sacramenta ministret, celebret officium diuinum, vel tecum recitet?

Graue quidem peccatum est. Quia delinquis quidem contra censuræ praecipitum, sed contra Religionem, vel charitatem inducens excommunicatum ad actum, quem posita censura licite praestare non valet. Si enim Ecclesia eum à se praescindit, quomodo intentionem

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 205

tionem habere poterit, vt tanquam sui minister, & suorum bonorum dispensator, & legatus apud Deum assumatur: Sic Auila *part. 2. cap. 6. disp. 8. dub. 1.* Suarius *disp. 1. 1. section. 4. num. 10.* Layman *lib. 1. tract. 5. part. 4. cap. 4. num. 5.* Basil. Legion. *lib. 5. de matrimon. cap. 18. §. 9.* Co- ninch. *disputation. 14. dubio 3. conclusionem 3. & 4.*

114 Non est graue, imo per se nullum peccatum *Non est est.* Quia Concilium Constantiense fidelibus concessit potestatem cum excommunicatis non denunciatis communicandi tam in diuinis, quā extra, ac si excommunicati non essent. Quæ facultas inutilis esset, si virtute Religionis, vel charitatis ab hac communione arceri deberent. Ita Sanchez *lib. 7. de matrimon. disput. 9. numer. 8.* Sayrus *lib. 2. thesaur. cap. 12. num. 10.* Henriquez *lib. 1. 3. capit. 6. & 10.* Hurtado *disp. 4. difficultat. 4.* Filliucius *tractat. 1. 3. capit. 3. & 4. & alij.*

Hos sequor asserens, intercedente fidelium petitione non impediti excommunicatos ratione excommunicationis, Sacramenta ministrare, & sacrificium offerre. Neque inde fit excommunicatos vi Concilij Constantiensis in aliquo reuocari. Non enim releuantur ipsi directe, sed releuantur fideles à prohibitione antea habitam: tamen si ex hac relevatione resulter, ipsos excommunicatos releuari, quod est per accidens, & præter Ecclesiæ intentionem. Vnde colligo excommunicatos toleratos nullo modo priuari potestate exercendi actus, qui in fidelium vtilitatem cedere possunt, nempe iudicem non priuari potestate iudicandi, nec Prælatum potestate dispensandi, conferendi beneficia, absoluedi à censuris, & peccatis. Nam cum hæc omnia permissum sit subditis à suo Superiore excommunicato petere, necessum est fateri, ipsum posse ea illis concedere.

CAPVT XI.

Circa Excommunicationis Maioris effectus.

DVBIVM VII.

De primo Excommunicationis effectus. *Estne licitum, in genere, & in comuni pro excommunicatis orationes publicas, & Missæ sacrificium offerre?*

115 **P**RIMUM effectus excommunicationis, (vti section. 1. vidimus) est, priuare excommunicatum communibus Ecclesiæ suffragiis. Recolo autem triplex esse Ecclesiæ subsidium. Primum proveniens à Christo Domino suo Patri, medio Sacerdote, Missæ sacrificium offerente. Secundum ab Ecclesiâ, quæ mediis suis ministris, publicas fundit orationes, sacrificium peragit, satisfactionem

è Christi thesauro, Sanctorumque dispensat. Tercium oritur ex operatione cuiusque fidelis, vt particularis persona est. Porro excommunicatus solum priuatur spiritualibus subsidiis nomine Ecclesiæ factis. Vnde non licet, pro eo in particulari publicas orationes fundere, & Missæ sacrificium nomine Ecclesiæ offerre. Quæsierim verò, num sit licitum, in genere, & in comuni pro eo suffragia, ac sacrificia offerre?

Licitum est. Quia in hac oratione solum postulatur excommunicati reductio, ac penitentia, quod est maximum bonum, & quod media oratione, & sacrificio impetrari ab Ecclesiâ intenditur. Fauetque huic sententiæ Ecclesiæ vsus, quæ feria sexta Parasceues pro Schismaticis, ac hæreticis orat, quos constat esse excommunicatos. Sic Syluest. *verb. Excommunicatio 1. num. 2.* Marian. Socin. *ad cap. Sacris num. 2. 4. 2. de sent. excomm.* Couar. *cap. Alma p. 1. §. 6. n. 3.*

Non est licitum. Quia Ecclesiâ sua bona propriis membris dispensare intendit, non vero iis, quæ à se separauit. Alias si Ecclesiæ subsidia excommunicato prodesse saltem in genere, excommunicati nō amplius essent exclusi ab Ecclesiæ suffragiis, quam alij fideles, pro quibus speciali intentione non offeruntur, his enim tantummodo in genere profunt. Ita Auila *part. 2. capit. 6. disputation. 9. dub. 3.* Valquez *de excomm. dub. 1.* Sayr. *lib. 2. thesaur. c. 4. n. 4.* plures referens.

Hoc cenfeo probabilius. Nam quod Ecclesiâ pro hæreticis, & Schismaticis feria sexta Parasceues orat, & non alio die, inde potius colligo nolle aliis temporibus pro ipsis orare. Eo autem die orat, vt significet Christi passionem tunc re-presentatam quatenus est ex se, ad omnes se extendere. Nemini igitur fidelium licet directe pro excommunicatis orationes publicas fundere sacrificiumve Missæ offerre. Bene tamen pro hæresu extirpatione, fideique dilatazione, & Ecclesiæ obedientia. Quia licet hæc oratio in hæreticorum, ac excommunicatorum bonum cedat, id est consequenter, nam directe in ea oratione bonum Ecclesiæ spectatur.

DVBIVM VIII.

An pro excommunicatis contritis possit sacrificium offerri?

116 **S**I excommunicati contriti sint, neque pro ipsis stat quin ab excommunicatione absoluantur, potest pro eis publica oratio, ac Missæ sacrificium offerri. Quia non est credendum Ecclesiâ velle priuare contritos, ac penitentes his subsidiis, cum solum, vt à contumacia recedant, penam excommunicationis indixerit. Verum cum excommunicatus contritus iam sit membrum viuum Ecclesiæ, debet aliorum membrorum subsidiis vegetari. Sic Sayrus *lib. 2. thesaur. capit. 4. numer. 5.* Auila *part. 2. capit. 6. disputation. 4. dub. 2.* Henriquez *lib. 9. capit. 1. 5. numer. 3.* Nauart. *sum. cap. 27. numer. 18.* Diu. Antonin. *part. 3. titul. 2. 4. capite 76.*

Offerri

¹²¹ *Non potest.* Offerri non potest. Quia excommunicatus quantumvis contritus sit, & contumaciae poeniteat, non excutit à se excommunicationem, quae non poenitentia, sed absolutione tollitur: At excommunicatione perseverante, debent illius effectus persistere: ergo. Ita Sotus in 4. distinctione. 2. question. 1. articulo. 1. Suarius *disputation. 9. section. 3.* Layman. *libr. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 2. num. 4.* Hurtado *disputation. 2. difficultat. 5.*

¹²² *Perius hoc mihi.* Hac sententia mihi magis aridet, quam sumi existimo ex *Cap. Sacro, de sentent. excommunicat.* ubi Innocentius III. decidit, pro excommunicato defuncto, qui ante obitum signa contritionis exhibuit, & absolutionem procuravit, non esse oblationes recipiendas, neque publicas instituendas orationes, antequam ab excommunicatione absolvaatur. Quia licet solutus sit vinculo culpae quoad Deum, non tamen à vinculo censuræ est solutus. Quod autem excommunicatus sit membrum vivum aliis fidelibus, & Christo unitum, solum probat, communicare cum aliis fidelibus in orationibus, ac suffragiis particularibus, ob quam communicationem eius orationes Deo redduntur gratiores, ac facilius exaudiuntur.

DUBIUM IX.

Possumusne orationes publicas, & Sacrificium pro excommunicato tolerato offerre?

¹²³ *Non possumus.* Non possumus. Quia Concilium Constantiense permisit fidelibus communicare cum excommunicatis non denunciatis ea communicatione, quæ in fidelium utilitatem cedere posset, siquidem in favorem lata fuit illa constitutio. At publicas orationes, & Sacrificium pro excommunicatis offerre, haud cedit in offerentium favorem, sed in favorem eorum, pro quibus offertur: ergo hæc communicatio permilla non est. Sic Sotus in 4. distinctione. 22. question. 1. articulo. 4. conclusion. 2. Scortia *libr. 2. de Sacrific. Missæ. capit. 2. num. 4.* Avila *part. 2. cap. 6. disp. 9. dub. 3.* Suarius *disputation. 9. sect. 2. numer. 16.*

¹²⁴ *Possumus quidem.* Possumus quidem. Quia Concilium Constantiense permisit fidelibus communicare cum excommunicatis non denunciatis tam sintus, quam extra, id est, tam in communicatione externa humana, & divina, quam in interna orationum, & oblationum: quæ quidem cedit in favorem fidelium, non scrupulis agitentur ob dubium, an hi, vel illi excommunicati sint, vel vitandi in orationibus publicis, & suffragiis. Porto excommunicatis iure antiquo, si occulti erant, negari suffragia publica non poterant, *Cap. Cum non ab homine, de sentent. excommunicat.* At iure novo solum excommunicatus denunciatus, & manifestus Clerici percussor exclusus est à publicis, & secreta fidelium communicatione, ergo quemlibet alium admittere fideles poterunt, ac si excommunicatus non sit. Ita Layman. *libr. 1. tractat. 5. part. 2. capit. 5. num. 8.* Hurtado *disputation. 2. difficultat. 4. numer. 10.* Henriquez *libr. 13. capit. 11. numer. 2.* Vgolinus *1. de Censur. tab. 2. §. 2. numer. 3.* Savarus *libr. 2. de hæres. capit. 4. numer. 6.* Coninch. *disputat. 14. dub. 6. numer. 40.*

Hanc eligo sententiam, quæ quidem facilius saluatur vsus piorum virorum offerentium Milite Sacrificium pro hæreticorum reductione, excommunicatorum poenitentia. Nam concessio posse pro excommunicatis toleratis posse Sacrificium directe offerri, nullum est inconueniens affirmare, cum Sacrificium offertur pro hæreticorum, Schismaticorumque reductione, offerri directe pro hæreticis, ac Schismaticis non denunciatis. Certe huiusmodi communicatio in favorem cedit fidelium tum ad eorum conscientias sedandas, tum ad gratæ augmentum, tum ad aliquod temporale commodum. Ob oblationem enim illam possunt temporale stipendium accipere.

DUBIUM X.

An excommunicationem contra sepelientes cadaver excommunicati in sacro loco solum subeant quæ propriis manibus sepeliunt, sed & mandantes sepeliri?

¹²⁵ *Nonnulla præmissa.* Qui excommunicatum denunciatum, vel manifestum Clerici percussorem in loco sacro sepeliunt, excommunicationem maiorem incurrunt, neque ab ea sunt absolventi, nisi prius Episcopi Diocesani arbitrio satisfactum sit, quibus eo facto est interrogata iniuria. Solum est dubium, quinam nomine sepelientium comprehendantur? Et certum est, non comprehendi comitantes corpus defuncti, nec Clericos canentes, nec flosam prius aperientes, quia licet hi vulgari modo dicantur defunctum sepelire, sed non proprie. Quare proprie sepeliri, qui in sepulchrum corpus immittit, ac terra cooperit. Quæserim vero, an alij præter hunc comprehendantur?

Solummodo comprehenduntur, qui corpus defuncti propriis manibus sepeliunt, non autem mandantes, sicuti nec comitantes. Quia prædictum aliud est mandare defunctum sepeliri, aliud seipsum sepelire. At excommunicatio lata non est aduersus mandantes, sed aduersus sepelientes, per hæc non sunt extendenda vsu verborum proprietatem. Sic Navar. *summ. capit. 27. numer. 37.* Hurtado *disputation. 5. difficultat. 4.* Avila *capit. 6. dub. 6.* Bonacin. *de Censur. disp. 2. quest. 2. punct. 2. §. 3.*

Non ij soli comprehenduntur, sed etiam, qui mandant sepeliri, ne constitutio frustranea sit. Quia si solum immittentes cadaver in sepulchrum comprehenderentur, raro vel nunquam excommunicatio locum haberet, nam hi cum sint homines rustici, ac inris ignari, à censura ob illius ignorantiam excusarentur, aut ex metu quidem, facile iis inuenti posset. Ita Reginaldus *libr. 3. 2. numer. 19.* Suarius *disputation. 12. section. 4.* Filliucius *tractat. 12. numer. 111.* Coninch. *disputation. 14. dub. 8. numer. 67. & 68.*

Se& II. De Excommunicat. Dubia. 207

68. Vgolin. de Censur. tab. 1. cap. 9. Paragraph. 5.

129 Hanc præfero sententiam. Quia quoties constitutio, vel lex frustranea redditur, nisi extendatur ad casum sub proprietate verborum non comprehensum extensio est admittenda. Vti docet Gloss. final. Cap. 2. de Vsur. in 6. Felinus ad cap. Translatio, num. ultim. Covarruias libr. 4. variar. cap. 3. numer. 9. Sanchez libr. 3. de matrim. disputat. 4. numero quarto. Ergo in presenti ad mandantes Censura erit extendenda.

D V B I V M XI.

De secundæ effectû excommunicat. Excommunicatus ex ignorantia vel obliuione non manifestat, in Confessione Censuram, nec Sacerdos eum ab ea ad cautelam absoluit: recipiunt Sacramentum Pœnitentiæ, eiusque effectum, si omnia peccata cum vera contritione manifestet?

130 Secundus excommunicationis effectus est Passiua Sacramentorum priuatio. Certe excommunicato etiam non denunciato interdicta est Sacramentorum receptio. Attamen etiam absque necessitate Sacramenta recipiat, valida erit eorum receptio. Sacramento Pœnitentiæ excepto. Quæstio autem, an excommunicatus, qui vere contritus sua delicta integre manifestat in Confessione, sed ex ignorantia Censuram non manifestat, nec ad cautelam de more Confessarius eum ab ea non absoluit, Sacramentum Pœnitentiæ eiusque recipiat effectus?

131 Non recipit. Quia media excommunicatione separat eum Ecclesia à Sacramentorum participatione, in quantum potest. At potest ita excommunicatum separare à Pœnitentiæ Sacramento, ut quamuis illud recipiat, nullus sit effectus uti præstaret, excommunicatum à iurisdictione Sacerdotis excludens. An non absolutio data ab excommunicato denunciato est omnino irrita? Ergo & absolutionis excommunicati receptio irrita erit. Sic Syluester verb. Confessio, 1. question. 3. cap. 5. Sotus in 4. distinction. 22. question. 1. artic. 1. Hurtado disput. 4. difficult. 3. numer. 28. Valquez de excommunicat. dubio 4.

132 Recipit planè veram à peccatis absolutionem. Quia nullo iure cauetur, irritum, & inane reddi Sacramentum ab excommunicato receptum, siquidem alia Sacramenta, quæ ab Ecclesia poterant irritari, minime irritantur. Cur ergo fingere debemus in Sacramento Pœnitentiæ hanc irritationem interuenire? Quod enim excommunicatus sit à Sacramentis exclusus, solum probat, indebite ea recipere, si Censura sit memor, & illius absolutionem voluntariè non præmitens: at in nostro casu inculpabiliter, omiſsa Censuræ absolutione, Pœnitentiæ recipit: ergo cessat indebita receptio, & consequenter causa, ob quam Sacramentum poterat esse nullum. Ita Nauarr.

summ. cap. 9. num. 7. Henriquez libr. 13. cap. 12. num. 2. Vgolinus de Censur. tab. 2. cap. 7. §. 2. numer. 5. & 6. Suarius disputat. 10. section. 3. numer. 9. Layman libr. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 2. numer. 1. Valentia tom. 4. disputat. 7. question. 12. punct. 3. Bonacin. de Censur. disput. 2. question. 2. punct. 2. §. 1.

Longe hoc probabilius. Quia non credam de Ecclesiæ pietate, velle pœnitentem contritum à Sacramenti receptione, ex qua forte eius salus æterna pendet, excludere. Profecto hæc ratio in excommunicato denunciato, ac vitando procedit. Nam si de tolerato loquamur certum existimo, absolutionem illi collatam validam esse; cum enim Sacerdos vi Censuræ non teneatur illum vitare in Sacramentorum collatione, sed possit ei quælibet Sacramenta conferre: manifestum est, eorum collationem validam fore, si ex parte suscipientis impeditum aliud non apponatur: constat igitur Ecclesiam non separare à se excommunicatum, quantum potest, alias nec permitteret fidelibus cum ipso non denunciato communicare, neque pro ipso denunciato orationes priuatas fundere.

133 Hoc longe probabilius.

D V B I V M XII.

Si Sacramentum Pœnitentiæ ægrotus suscepit, excommunicatus potestne ei licite Eucharistiam ministrare?

De tertio excommunicationis effectû.

134 Excommunicatus priuatus est Sacramentorum collatione, sed non ita rigide, quin valida sit eorum ministratio, Sacramento Pœnitentiæ excepto. Hoc enim Sacramentum inualide ab excommunicato vitando administratur, aliquibus casibus exceptis, in quibus retinet iurisdictionem, nempe quando aliquis est in mortis periculo, neque alius non impeditus adest, qui possit, ac velit Sacramentum periclitanti ministrare, & in aliis euentibus, de quibus section. 1. Excommunicatus itaque vitandus, quando Sacramentum Pœnitentiæ ægrotato collatum non est, optime potest ei Eucharistiam, vel Extremam Vnctionem ministrare, imo tenetur. Quia cum quodlibet Sacramentum virtutem habeat faciendi de attrito contritum, continget aliquando ob receptionem Eucharistiæ, vel Extremæ Vnctionis obtineri salutem, quæ his Sacramentis non receptis minime obtineretur. Si autem ægrotus Pœnitentiæ Sacramentum suscepit, quæstio, num huiusmodi excommunicatus possit ei Eucharistiam ministrare?

135 Status questionis.

Excommunicatus vitandus minime potest. Quia Eucharistia non est ad salutem necessaria, cum non sit per se instituta ad peccati mortalis remissionem, et ex alio capite, cum iam Pœnitentiæ Sacramentum æger receperit, cessat casus necessitatis. Neque obstat præceptum diuinum exigere, ut omnes fideles in mortis articulo Eucharistiam recipiant, quia illud præceptum cessat, quando non potest decenter Sacramentum administrari. Sic Hurtado disputat. 4.

135 Minime potest.

ration. 4. difficultat. 2. numer. 22. Auila part. 2. capite 6. disputation. 3. dubio 3. conclusione quarta.

136
Potest pla-
ne.

Potest equidem Eucharistiam vitandus excommunicatus administrare aegroti. Quia hoc Sacramentum reputandum est necessitatis iuxta illud, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, Ioan. 6. Et licet non sit necessarium, ut fulciatur aeger, viresque recipiat, ad demonis suggestiones illo in articulo superandas. Non est ergo credendum, piam matrem Ecclesiam velle fideles tanto beneficio priuare. Ita Suarius *disputation. 11. sectio. 1. num. 17. Castro Palao de Censur. disputation. 2. punct. 8. numer. 7.*

137
Hanc sen-
tentia am-
plector.

Hanc sententiam amplector. Nam si licet tibi ab excommunicato vitando cibum temporalem sumere, si eo grauius indigeas: cur non licebit spiritualem hunc cibum accipere, qui vires spirituales tribuit ad tentationes superandas, quæ ab æterna salute forte ægrotum deuiarent, nisi tanto alimenti huius facerrimi robore donaretur? Profecto contingere potest in Confessione gratiam non recepisse, & postmodum bona fide Eucharistiam suscipiendo, iustificari. Ob quas & alias rationes tempore Interdicti Baptismus, Pœnitentia, & Eucharistia fidelibus conceduntur. *Cap. penultim. de sentent. excommunicat. & Cap. Quod in te, de penit. & remiss.*

DVBIVM XIII.

*Administratio Pœnitentia ab excommunicato vitando facta, con-
stituitur cum irre-
gularem?*

138
Nulla
suppono.

SCIO, excommunicatum siue vitandus sit, siue non vitandus, illicite Sacramenta ministrantem, vel Officium Ordinis Sacri, irregularitatem incurrere ex *Cap. Si quis. 3. 11. question. 3. & ex Cap. ultim. de Clerico excommunicat. ministr.* Quæserim tamen, num administrando Pœnitentiam excommunicatus vitandus irregularis fiat.

139
Irregularis
non fit.

Non fit irregularis. Quia huiusmodi excommunicatus iurisdictione caret, unde propriè & vere Sacramentum non ministrat, sed ministrare tentat. At irregularitas non imponitur ob attentatum actum Ordini Sacro annexum, sed ob ipsum actum præstitum: sicut non imponitur ob attentatum homicidium, sed ob ipsum homicidium. Sic Richard. *in 4. distinct. 18. a. 7. q. 5. & probabiliter reputat Suar. d. 11. sect. 3. num. 14.* addens, esse verum, si absque absoluendi intentione, Sacramentum Pœnitentiæ ministratur.

140
Fit irregu-
laris.

Irregularis fit. Quia licet Sacramentum vere non conficiatur in communi loquendi modo Sacramentum absolute ministrat. Sed irregularitas non est imposita excommunicatis Sacramentum valide ministrantibus quantum in se est, seu surgentibus ordinis iurisdictione,

ac potestate: alioquin excommunicatus ministrans Pœnitentiam indispotito, irregularis non esset, utpote qui verum Sacramentum non ministrat. Ita Suarius *ubi sup. Palao de Censur. d. 2. punct. 8. n. 12.*

Probabilius longe esse crediderim, excommunicatum vitandum, qui serio Pœnitentiam ministraret, irregularitatem proculdubio incur-
rere. Non enim irregularitatis poena imposita est, est validum Sacramentum ministrantis, sed fun-
genti, quantum in se est, potestate Ordinis accepta.

DVBIVM XIV.

*Ex vi præcepti audiendi Sacrum, excommuni-
tus tenetur abolutionem procurare, & se
liberum, ac expeditum, ut valeat
implere præceptum con-
stitueret?*

VIDIMUS *sectio. 1. excommunicatum exclu-
sum esse à diuinorum officiorum celebra-
tione, & illorum assistentia. Porro inter diuina
officia primum locum obtinet Missæ Sacrifi-
cium, cui nequit excommunicatus etiam tole-
ratus assistere. Cap. Illud, de Cleric. excommu-
nicat. & Cap. ultim. de sentent. excommunicat.* Quæserim vero, an vi præcepti audiendi Sa-
crum teneatur excommunicatus abolutionem
nem procurare, ut valeat implere illud
præceptum?

Tenetur quidem. Quia obligatus est quique
fidelis quod in se est, gerere, ut leges impleat.
Exempli gratiâ. Accedit quis die festo Sacro
prius non audito, quia necessaria ei fuit ante
diluculum professio, ad Vrbem, vel Oppidum:
tenetur equidem procurare quantum in se est,
Sacro assistere, ne violet præceptum. Sic Didac-
cus Nunnez *3. par. question. 83. art. 6. post dub. 2. & alij.*

Non tenetur. Quia hoc præceptum solum-
modo adstringit eos, qui liberi sunt, & disposi-
ti ad illius executionem, non vero obligat, ut
disponantur; alias infirmus, & in carcere deten-
tus peccarent contra Missæ præceptum, si pos-
sent se ab infirmitate, & à carcere liberare. Ita
Nauarr. *summ. cap. 21. num. 3. Coninch. disp. 14. dub. 7. num. 56. Henriquez lib. 13. cap. 7. numer. 1. Auila part. 2. cap. 6. disp. 4. dub. 7. Suarius tom. 3. in 3. par. disp. 88. sect. 6. Bonac. de Censur. disp. 2. qu. 2. punct. 3. §. 1. Layman. lib. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 2. num. 2.*

Longe verius hoc puto. Secus autem dixe-
rim de Communionis, & Confessionis præcep-
to, quorum violatorem te existere existimo, si
à Censura non procures absolui, cum possis.
Quia hæc præcepta sunt diuina, tametsi ab Ec-
clesia determinata: & consequenter obligant,
ad remouenda quælibet impedimenta, quæ il-
lorum executioni possunt obstar. Mecum
Laym. Bonac. & Auila citati.

DVBIVM XV.

Fideles Sacrificio assistentes, si videant, excommunicatum denunciatum velle Sacrificio in eodem Templo, licet in Altari diverso assistere, cogunturne recedere?

146
Coguntur
recedere.

Coguntur recedere, (excepto Ministro) ne cum excommunicato in eadem oblatione conueniant, vti conuenire videntur omnes, qui in eodem Templo assistunt; idem enim Sacrificium est, licet in diverso offeratur altari. Sic Auila p. 2. c. 6. §. 9. dub. 8. Layman, lib. 1. r. 5. p. 2. c. 2. n. 7.

147
Recedere
non coguntur.

Recedere non coguntur, si alteri Sacrificio in eodem Templo excommunicatus assistat. Quia illa non est communicatio in eodem officio diuino, sed in materiali loci assistentia. Ita Henricus l. 1. c. 7. Sayr. l. 1. thes. c. 3. n. 22. Suarius d. 12. sect. 1. n. 16. Fill. r. 12. c. 4. q. 3. Bonac. d. 2. q. 2. p. 3. §. 1. citans alios.

148
Hoc tenet.

Hoc teneo longe equidem probabilius. Idem enim est Sacrificium, quia idem Christus in vno, & altero offertur Altari, sed non eadem assistentia moralis audientium in Altari diverso. Verum licet primam sententiam quis velit amplectere, existimo cum Suario d. 12. sect. 1. si ne, probabile esse, eam assistentiam, etsi in eodem Altari geratur, culpam venialem non excedere: eo quod videatur esse nimis remota, & accidentaliter, si causa non est assistentiae excommunicati.

DVBIVM XVI.

Excommunicatus priuatim recitans, si Dominus vobiscum dicat, peccatne venialiter?

149
Venialiter
peccat.

Licet excommunicatus publicæ Horarum Canoniarum recitationi interesse non potest, priuatim recitare tenetur. At priuatim recitans sub veniali tenetur Dominus vobiscum non dicere, sed loco illius Domine exaudi orationem meam. Quia illis prioribus verbis, vt persona publica cum aliis fidelibus communicans se gerit. Sic Suar. d. 12. sect. 1. n. 13. Laym. l. 1. r. 5. p. 2. c. 2. n. 7. Bonac. d. 2. de Cens. q. 2. p. 3. §. 2. n. 6.

150
Nec peccat
venialiter.

Nec venialiter delinquit. Quia illorum verborum prolatio, absentibus aliis fidelibus, non est cum illis communicatio, sed priuata pro illis oratio. Ita Auila de Cens. p. 2. c. 6. d. 4. dub. 6. Hurtado de Cens. d. 5. diff. 2.

151
Hanc eligo
sententiam.

Hanc eligo sententiam. Nam si inuitare fideles illis verbis, Venite exultemus Domino iubilemus Deo Saluari nostro, non reputatur Sacra cum illis communicatio, quia illis absentibus fit: cur illa deprecatio, Dominus vobiscum censenda est?

Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DVBIVM XVII.

Si excommunicatus in priuata recitatione socium secum adhibeat peccatne lethaliter?

Lethaliter peccat. Quia est communicatio in Sacris. Cap. Excommunicatos 1. 1. quest. 3. ibi, Neque cum eis in oratione communicare. Vbi de oratione priuata est sermo, siquidem coniungitur cum prohibitione cibi, & potus, communisque sermonis. Sic nonnulli.

152
Peccat
lethaliter.

Non peccat lethaliter, sed venialiter solum. Quia excommunicatus in ea oratione vt persona priuata se gerit, non vt publica, & Minister Ecclesiæ, cum Ecclesiæ nolit medio illo orationes fundere, ideoque illæ preces nullum ex Ecclesiæ habent valorem. Ita Vgolinus tab. 1. capite decimo tertio, Paragraphe decimo quarto Henricus libro decimo tertio, capite septimo, numero secundo, Suarius disputatione decima, numero 18. Bonac. aliis relatis, d. 2. q. 2. punct. 3. §. 2. numer. 4.

153
Lethaliter
non peccat.

Idem affirmo, adiciens, si ex aliqua necessitate, vel utilitate excommunicatus socium adhibeat ad officium diuinum secum recitandum vel quia ei est subditus, vt si Episcopus, vel Canonici aduocet suum Capellanum, ab hac culpa veniali excusari. Quia famulus non priuatur communicatione sui domini in iis omnibus, in quibus ei inferuire tenebatur. Cap. Quoniam multos 1. 1. quest. 3. Hoc autem officium adiuvandi priuatim recitanti, non debet computari inter Ecclesiastica ministeria, sed inter ministeria quasi corporalia, quæ potest seruus cum suo domino etiam excommunicato exercere: & è contra dominus non excommunicatus cum excommunicato famulo.

154
Idem affirmo.

DVBIVM XVIII.

A Theologie lectione, & interpretatione Iuris tenemurne desistere, ne cum excommunicato vitando inibi assistente communicemus?

Constat ex section. 1. excommunicatum toleratum concionari, vel Theologiam Iustive Canonicum interpretari non posse, nisi forte nullus alius sit, qui hæc munera præstet. Excommunicato autem vitando nequaquam licere hæc obire munera, etiam si alius deficiat. A concione vero nos desistere non debere ob assistentiam excommunicati vitandi. Nam si ipsi excommunicato permittitur hæc assistentia ob eius salutem, à fortiori aliis est permittenda. Quæstio autem, an à lectione Theologica, vel iuris interpretatione desistere teneamur?

155
Nonnulla
recolo.

Non tenemur. Quia vnusquisque ex auditoribus seorsim audit, neque ad idem opus communiter illi concurrunt. Neque ea communicatio tanti est momenti, vt debeat

156
Non tenemur.

T inter

intermitti. Suarius *disp. 12. sect. 2. n. 3*. Henricus *lib. 13. cap. 12*. Sayrus *lib. 2. thesaur. cap. 3. num. 14*. Filiucius *tract. 12. num. 87*. Coninch. *d. 14. dub. 7. num. 58*.

¹⁵⁷
Tenemur sane.
Tenemur plane. Quia negari non potest, discipulos Magistrum audientes cum ipso communicare: siquidem ex hac auditione mutuo se referunt. Neque negandum est, condiscipulos inter se hanc communicationem habere, siquidem ob communem eadem doctrinam assistentiam inter se referantur. Ita Auila de *Censur. part. 2. cap. 6. disp. 11. dub. 3. concl. 2*. Bonacin. de *Censur. disputat. 2. question. 2. punct. 3. §. 2. numer. 12*.

¹⁵⁸
Auctoris sententia.
Ego autem existimo per se loquendo, lectorem obligatum esse à lectione desistere, & auditores ab ea audienda, ob nuper dictam rationem. Quia est communicatio in re proxime diuinis accedente. Excusari tamen frequenter ob necessitatem boni communis, vel particularis. Nam bono communi expedit, imo necessarium est, ne lectiones statuta intermittantur, neque auditores re sibi tantopere utili priuentur.

DVBIVM XIX.

Excommunicato estne interdictus aque benedicta, & illorum Sacramentalium, quæ ex Ecclesia orationibus valorem habent, vjuz?

¹⁵⁹
Interdictus est.
Est interdictus. Quia excommunicatus omnibus Ecclesiæ suffragiis est priuatus. Sic Vgol. de *Censur. tab. 1. c. 13. §. 14. m. 6*. Bonac. de *Cens. d. 2. q. 2. pun. 3. §. 2. n. 8*.

¹⁶⁰
Non est interdictus.
Interdictus non est. Quia licet excommunicatus sit Ecclesiæ suffragiis, ideoque non possit illis rebus Sacris uti, ut effectus provenientes ex orationibus Ecclesiæ illi applicentur: ut illis potest in illarum rerum venerationem, & honorem, & ut se earum memoria, & fructus recordatione, quo per excommunicationem priuatur, ad penitentiam excitetur. Ita Suarius *d. 12. sect. 3. n. 1*. Fill. *tr. 12. n. 103*. Sayr. *d. 2. thesaur. c. 3. n. 9*. Henricus *d. 1. c. 7. n. 2*.

¹⁶¹
Hoc mihi longe probabilius.
Longe mihi est probabilius excommunicato permitti, & conuenientem ei esse vsum Sacrarum imaginum, reliquiarum, aquæ benedictæ, & aliorum Sacramentalium, ut eo vsum cultum, & honorem Deo exhibeat, & se excitet ad penitentiam. Hinc elicio, optime posse excommunicatum coram imagine, in cuius reuerentiam sunt aliquæ indulgentiæ concessæ, preces fundere, non quidem animo indulgentias obtinendi, à quibus est exclusus: sed animo venerandi imaginem, & se ad penitentiam excitandi recordatione indulgentiarum, quibus ob excommunicationem priuatus existit.

* *

DVBIVM XX.

An sit irrita collatio Pensionis, quæ simul est temporalis, & spiritualis excommunicato facta?

De quinto excommunicationis effectibus.

¹⁶²
Præmissa quadruplicem esse pensionem.
Quartus excommunicationis effectus est Beneficij Ecclesiastici priuatio. Vnde nulla est electio, presentatio, & nominatio ad beneficium Ecclesiasticum ab excommunicato facta, conclusione ad quamlibet beneficij acquisitionem extenta: quod procedit, quamvis excommunicatus sit toleratus, & quamvis excommunicatus suæ sit ignarus Censuræ. Quæstio autem, nom sub nomine beneficij pensio intelligatur, ut irrita etiam sit collatio pensionis, quæ simul sit temporalis, & spiritualis excommunicato facta? Ut autem status pensionis planior sit, quadruplicem esse pensionem præmitto. Prima est, quæ propriissime est beneficium, utpote quæ ex fructibus alicuius beneficij in perpetuum extrahitur, & vocatur simplex beneficium, seu præstimonium. Secunda, quæ à natura beneficij recedit, eo quod perpetua non sit, datur tamen ob aliquod munus spirituale exercendum, ut est, quæ assignatur Vicereктору, eo quod Rectoris impediti nomine illius officium exercet: vel quæ designatur Vicario Episcopi ob litium, & causarum decisionem. Tertia, quæ ob seruicium Ecclesiæ factum conceditur, nullumque munus spirituale exigit, quæque mere laicis concedi solet, ideoque subsidium temporale vocatur. Verum huius collatio nullo iure colligitur irrita, cum nec fundetur in spirituali titulo, nec ob spirituale exercitium, à quo excommunicatus exclusus est, concedatur. Primæ vero, & secundæ collatio irrita omnino est; quia in his procedit eadem ratio, ac in beneficio. Excommunicatus enim incapax est, munus spirituale exercere, ad quod beneficium dirigitur: sed eandem incapacitatem habet pensionarius huiusmodi exercendi munus, cuius causa hæc pensio conceditur: ergo eodem modo annullatur. Igitur difficultas solum est de quarta pensione, quæ partim est temporalis, partim spiritualis, ut est pensio concessa Clerico beneficium resignanti, permutanti, liti cedenti, sustentationem non habenti; quæ temporalis est, quia nullum munus spirituale Ordini annexum exigit, quodque à laico præstari non valeat; & est spiritualis, quia ad sui collationem requirit spirituale Ordinem: non enim alius, nisi Ordine Clericali insignitis conceditur. His præmissis.

¹⁶³
Irrita est.
Irrita quidem est collatio huiusmodi pensionis excommunicato facta. Quia hæc pensio naturam beneficij imitatur, & loco illius succedit, cum non detur aliis nisi Clericis. Sic Garcia de *benefic. part. 1. cap. 5. num. 106*. Reginaldus *lib. 22. num. 45*. Suarius *disp. 13. section. 1. num. 9*. Filiucius *tract. 12. cap. 5. quest. 4*. Henricus *lib. 13. cap. 13. num. 3*. Valquez de *excomm. dub. 6*. Bonacin. *hic, disp. 2. question. 2. punct. 4. §. 1. num. 4*.

Non

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 211

164 Non est irrita. Quia nullibi habetur pen-
sionem excommunicato collatam nullam esse:
textus enim in c. *Postulatus*, & c. *de Clerico*
excom. *mini*, de beneficio Ecclesiastico loquū-
tur, quorum decisio ad pensionem extenditur,
eo quod loco beneficii succedat, & illius natu-
ram imitetur. At cum sola pensio, quæ præsti-
monium est, vel quæ ob exercitium spirituale
conceditur perfecte naturam beneficii imite-
tur, & illius loco succedat: fit sane solam illam
irritam esse excommunicato collatam: non au-
tem eam, quæ à beneficii natura recedit, & sub-
sidii temporalis conditioni congruit. Satis nā-
que est, decretum penale, & irritatium ad
pensionem pure spiritualem extendi. Ita Laym.
l. 1. r. 5. p. 1. c. 2. n. 8. Sā v. *Homicida*, n. 21. Indicat
Suaz. de Censur. d. 44. sect. 3. n. 33. & Castro Pa-
lao d. 1. punct. 10. num. 8. inquit probabilitate
non carere.

165 Ego autem de huius sententiæ probabilita-
te non dubito. Attamen primam, quæ commu-
nis est, sector. Quia excommunicatus incapax
est cuiusvis Clericalis privilegii. Et quia in hu-
iusce pensionis collatione Pontifex absolutio-
nem à Censuris præmittere adest: quod fru-
straneum esset, si Censuræ præfatam collatio-
nem non impedirent.

DUBIUM XXI.

*Irritane est collatio, presentatio, seu nomi-
natio ad iurisdictionis secularis officia
excommunicato facta?*

166 *Est irrita.* Quia excommunicato interdicta
est communicatio cum fidelibus, & iurisdic-
tionis exercitium. Ergo prohibetur collatio
officii, ac muneris hoc exercitium exigentis
Leg. *Oratio, de spons.* Et in c. *Venerabilem*, 34. de
elect. cauetur, ne hæreticus, aut excommunica-
tus in Imperatorem eligatur: & si electus fue-
rit, eius irritetur electio. Signum ergo est offi-
cium iurisdictionis excommunicato concedi
non posse. Sic Sayr. l. 2. thes. c. 5. n. 35. Vgolin. de
Cens. tab. 2. c. 13. §. 3. n. 1. & 4. Bonac. d. 2. q. 2. pun-
4. §. 1. n. 3. Auila p. 2. c. 6. d. 6. dub. 7. Garcia de be-
nef. p. 7. c. 13. n. 22.

167 Irrita non est. Quia ex prohibitione vltus, &
exercitii iurisdictionis excommunicato facta
solum infertur prohibitam esse iurisdictionis
concessionem: at non infertur irritam fuisse.
Ita Suarius disp. 16. sect. 2. n. 1. Coninch. disp. 14.
dub. 11. num. 106. Hurtad. d. 8. diff. 2. Filiuc. r. 12.
num. 118.

168 Hos sequor. Quia nullum inuenio textum
hanc irritationem inducentem. Nam textus in
c. *Venerabilem*, potius probat valere Imperato-
ris electionem, tamen veniat irritanda. In of-
ficiis vero, & muneribus Ecclesiasticis, quia
proximus beneficii conditioni accedunt, ad-
mittit communis sententia hanc annullatio-
nem, & irritationem. Non igitur ad officia, &
munera temporaria debet extendi.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DUBIUM XXII.

*An beneficium alicui collatum excommuni-
cationis tempore valide ab excom-
municatione liber postmodum,
acceptet?*

169 *Acceptat valide.* Quia si collator, vel ele-
ctor conferendi, vel eligendi voluntatem
non mutauerit, in ea perseverare censetur, unde
ablata excommunicatione effectum habebit,
qui fuit per Censuram impeditus. Sic Nauarr.
consil. 53. de sentent. excommunicat. capit. 13. nu-
mer. 3. Henriquez libr. 13. capit. 13. numer. 3. Et
probabile censet Layman. libro primo, tractatu
quinto parte secunda, capite secundo, num. 8. Lessi.
& Bonac. citandi.

170 *Invalide acceptat, nisi denno beneficium ei*
conferatur. Quia collatio, quæ ob subiecti in-
capacitatem nulla fuit, nequit, sublata incapa-
citate, conualescere ex eo tantum quod colla-
tor in pristina voluntate perseveret, nam ea
voluntas non est voluntas denno conse-
rendi, (vt suppono,) seu approbandi, seu non
reuocandi collationem factam. Cuius igitur
collatio facta nulla fuerit, nullius effectus illius
approbatio, seu non reuocatio erit. Ita Nauarr.
summa capite 27. numero 194. Coninch. dispu-
tatione 14. dubio 9. numero 74 Hurtado dispu-
tatione 6. difficultate 3. Bonacina disputatione 2.
questione 2. puncto 4. Paragrapho 1. numero 10.
Lessius lib. 2. cap. 34. num. 119. Garcia de benef.
p. 7. c. 13. n. 43.

171 *Longe verius putarim inualidam esse acce-*
ptationem. Unde fit, cum, qui excommunicatio-
ne innodatus obtinuit, non solum debere ab
ea absolui, vt beneficium retinere valeat; sed
noua indigere collatione. Quia absolutio ex-
communicationis tollit impedimentum, & in-
habilitatem, sed non tribuit ius, nec beneficium
conferit. Ex vi autem prioris collationis, cum
nulla fuerit, nullum ius habere potest.

DUBIUM XXIII.

*An qua de excommunicato dicta sunt,
de interdicto, & suspensio
procedant?*

172 *Non procedunt.* Quia nullus est textus
beneficii collationem annullans in sus-
pensione, vel interdicto: & penæ non sunt
ex vno casu in alium extendendæ. Sic Sua-
rius disputatione vigesima sexta, sectione tertia,
numero octavo, & disputatione vigesima septima,
sect. 1. num. 26.

173 *Procedunt quidem.* Quia ideo collatio be-
neficii excommunicato facta annullatur, quia
ipse nequit officium exercere: at similiter sus-
pensus ab officio exclusus est à beneficii offi-
cio exercendo: ergo collatio beneficii illi facta
nulla est. Ita Nauarr. summa capite vigesimo
quinto, numero 231. Vgolinus tab. 4. c. 6. §. 7. n. 1.
Lessius l. 2. c. 34. numer. 116. Azor. tom. 2. l. 6. c. 7.
quest. 2.

quest. 2. Garcia, aliis relatis, *part. 7. de benef. capit. 14. numer. 1.* probans id ex variis Rotæ decisionibus.

¹⁷⁴ *Idē assero.* Idem affirmo à meo Suario recedens, ut communi sententiae adhaeream. Certe idem tradunt Nauarrus, Vgolinus, Lessius, & Azorius de interdictis personaliter ob eandem rationem. Quia non possunt officium exercere, ob cuius causam beneficium confertur. *c. Cum secundum, de prebend. & cap. fin. de rescriptis 6.*

DVBIVM XXIV.

De sexto excommunicationis effectu.

An excommunicatus priuatur ipso iure beneficii fructibus, & proventibus?

¹⁷⁵ *Aliqua recolo.*

Si quis beneficium tempore excommunicationis acquisiuit, nullum ius ad fructus habet. At si beneficium legitime obtinuit, & postmodum in excommunicationem incidat, non priuatur beneficiis obtentis, tamen si priuari possit, si in excommunicatione infortescat. Quæsierim autem, num ipso iure fructibus, ac proventibus beneficii priuatur?

¹⁷⁶ *Ipso iure priuatur.* Ipso iure priuatur. Quia in *cap. Pastoralis, §. Verum, de appellat.* interrogatus Pontifex, an excommunicatus, non obstante appellatione, denunciari possit, & Ecclesiasticis beneficiis ad tempus spoliari? Respondit denunciari posse. Quia excommunicatio secum trahit executionem, & per denunciationem non ligatur de nouo excommunicatus: & addit, *Et illi promissus Ecclesiastici merito subtrahuntur, cui Ecclesie communio denegatur.* Cum autem in hoc textu subtractio fructuum denunciationi æquiparetur, efficitur plane, sicut excommunicatio secum trahit denunciationem, sic etiam fructuum subtractionem debet trahere. Sic Francus, Decius, & Abbas ad *c. Pastoralis, §. Verum, de appell. Co. var. l. 3. var. c. 1. §. n. 8. Sayr. l. 2. c. 5. num. 24. & 30. Suarius d. 1. §. 1. Moneta de distribut. p. 2. qu. 15. concl. 1. num. 18. Garcia, aliis relatis, p. 7. c. 1. §. numer. 90.*

¹⁷⁷ *Non priuatur ipso iure.* Non priuatur ipso iure. Quia hæc pena priuationis fructuum utpote grauissima, adstruenda non est absque expresso textu. At textus citatus, cui opposita sententia nititur, eam penam non infert; nam verbum illud, *subtrahuntur*, actionem spoliationis significat, quæ ab homine fit, non à lege. Ita Nauarra de restitu. lib. 2. c. 2. num. 243. Auila hic, *part. 2. c. 6. disp. 6. dub. 1. Vasquez de benef. c. 3. §. 3. dub. 4. Coninch. d. 1. 4. dub. 9. diff. 3. concl. 2. Hurtad. d. 6. diff. 1. Laym. l. 1. r. 5. p. 1. c. 2. n. 9. Sanch. l. 3. de matrim. d. 5. l. n. 12.*

¹⁷⁸ *Probabilior diderim.* Probabilior diderim. Admitto enim subtractionem fructuum denunciationi æquiparari: at sicut denunciatio non ipso iure excommunicationem subsequitur, sed indiget Iudicis officio, sic de subtractione fructuum est dicendum.

DVBIVM XXV.

Si quis iniuste, sed valide excommunicatus sit potestne fructuum priuationem repetere, ab eis, quibus sunt applicata?

Profecto si iniuste inualide excommunicatus sit, & condemnatus, proculdubio potest se in foro conscientie gerere, ac si non esset excommunicatus. Quia quod nullum est, nullum effectum producit, ex Regul. iuris, effectum namque excommunicationis vere habere non potest excommunicatio præsumpta. Quæsierim vero, an si excommunicatio sit iniusta, sed valida, possit ille fructus repetere?

Minime potest. Quia valide applicati sunt alicui. At habet actionem aduersus Iudicem applicantem, & iniuste condemnantem, ut ratione iniusticie reparet damnum sibi illatum. Porro cum iniusticia non impediatur valorem sententiae, ut suppono, neque applicationis valorem poterit impedire. Sic Vgolinus *tab. 2. capit. 12. numer. 4. Sayrus libr. 2. de Censur. cap. 1. num. 27. Suarius disputation. 13. section. 2. numer. 20. & 23.*

Potest quidem recuperare fructus non solum à Iudice, sed ab iis, quibus sunt applicati. Quia esto, valide applicati sint, at sunt reuocabilius applicati. Nam cum lex iusticie obliget, sententiam iniustam reuocare, illiusque effectus, & in statum pristinum omnia, quoad fieri possit, reducere, necessario subtractio fructuum, & eius applicatio reuocari debet. Poterit ergo non solum aduersus Iudicem, sed aduersus detentores fructuum agere, ut fructus restituant, priori sententia reuocata. Ita Garcia, pluribus citatis, *parte 7. capite 13. numero 120. Moneta de distributionib. parte secunda, questione decima quinta, numero vigesimo tertio quadagesimo quarto, & quadagesimo quinto. Bonacina de Censur. disputation. 2. question. 2. punct. 4. Paragraph. 2. numero sexto.*

Hoc verius existimo, adiciens, si illi, quibus fructus sunt applicati, bona fide assumpserint, neque facti sint ditiones, solum aduersus Iudicem illis actionem competere, ut apte probat Ferdin. de Castro *tract. 7. de orat. disp. 3. punct. 9. §. 2.*

DVBIVM XXVI.

Si excommunicato alicui iuste differatur absolutio potestne fructus beneficii obtinere, si pariter existat?

Vis contumacia recedens, absolutio nem ab excommunicatione satagit obtinere, nec potest. Porro si ei iniuste absolutio denegatur, fere omnes conveniunt, fructus ei debitos esse. Quia iniuste impeditur, ne choro assistat, neque præstet officium, sicut si vinculis esset detentus. Quæsierim autem, si

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 213

si iuste differatur absolutio, num possit fructus beneficii obtinere, si penitens existat?

184
179
180
181
186
187
188
189
Certe si absolutio ei non denegetur iniuste, sed detineatur, quovis de satisfactione, & penitentia constiterit: vel Superior, qui eam est concessurus, absit; potest fructus correspondentes officio eo tempore exhibendo obtinere, tamen officium non exierit. Quia non exierit officium eo quod impeditur est: sicuti ob infirmitatem, cuius causa fuit, ab exequendo officio, quod beneficii exigit, quod impediatur, non obinde fructus beneficii amittit. Sic Layman. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. numer. 10. Nauarr. de rescriptis. lib. 2. cap. 2. numer. 1. 38. Sa. verb. Beneficium, numer. 50. Vgolin. de Censur. tab. 2. cap. 12. numer. 4. Henriquez lib. 1. 3. c. 13. Sayr. lib. 2. thesaur. cap. 5. numer. 29. Decius ad cap. Pastoralis, §. Verum, n. 7. de appellat. plures referens.

185
186
187
188
189
Non potest obtinere hos fructus. Quia penitentia non tollit excommunicationem, neque sententiam iustam infirmat, etsi excuset Iudicem, ut absolutionem impertiat. At excommunicatio ex se impedit officium exercere, cui fructus annexuntur: sententia vero condemnationis illorum privationem ipso iure inducit. Ergo durante excommunicatione, & sententia, illos fructus consequi non poterit. Ita Suarez disputat. 13. section. 2. Bonacina de Censur. disputat. 2. question. 2. punct. 4. Paragraph. 2. Palao de excommunicat. disputat. 2. punct. 11. numer. 14.

186
187
188
189
Probabilius hoc esse credo. Nec enim est simile de infirmitate; nam infirmitas ex se non est impedimentum culpabile officij Ecclesiastici exercendi, nec ex se est impedimentum. Secus vero excommunicatio, quæ ex se culpabile impedimentum est.

DUBIUM XXVII.

De septimo effectu excommunicationis.
An Excommunicatus toleratus exerceat valide iurisdictionem à fidelibus non requisitam?

187
188
189
Privatus est excommunicatus cuiusvis iurisdictionis Ecclesiasticæ usu, nisi sit requisitus à fidelibus. Quia hoc exercitium est præcipua cum fidelibus communicatio. Ob bonum autem fidelium, quibus permessa est cum excommunicatis toleratis communicatio, licite possunt excommunicati ab ipsis requisiti sua uti iurisdictione. Difficultas ergo est, an valide (non solum illicite quod certum est) iurisdictionem excommunicatus exerceat, cum non sit à fidelibus requisitus?

188
189
Non exercet valide. Quia iure antiquo quilibet excommunicatus eo ipso privatus erat Ecclesiastica iurisdictione. At per Extravagan. Ad evitanda scandala, nullus favor est excommunicato factus, nisi quatenus fideles eorum communicatione uti volunt: ergo extra casum, quo sint à fidelibus requisiti, nullam iurisdictionem habent. Sic nonnulli ad cap. Audimus 24. quest. 1. cap. Ad probandum, de sentent. & re iudicata. cap. Decernimus, de sentent. excommunicat.

189
Valide exercet. Quia cum Ecclesia permittit. Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

tat fidelibus communicationem cum excommunicatis toleratis tum in humanis, tum in divinis, ac si excommunicati non essent: conseruare in illis debet iurisdictionem, ut apti, & expediti sint ad hanc etiam fidelibus communicationem. Ita Nauarr. summ. cap. 27. numer. 21. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 7. numer. 27. Suarez disputat. 11. section. 4. numer. 9. Hurtad. disp. 7. diff. 2. Saitus lib. 2. thesaur. cap. 6. numer. 1. Henriquez lib. 1. 3. cap. 8. Vgolinus tab. 1. cap. 6. Laymannus libr. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 2. numero 13.

Hoc certum esse reor, adiicio tamen, si fideles excommunicationem obiciant, & ob illius causam excommunicatum excipiant, & se repellant, nullius valoris esse actus ab excommunicato factos. Porro excommunicatus toleratus officium Iudicis, & Parochi potest exercere valide, dum non excipitur: atque adeo posse lites decidere, causas iudicare, absolvere, dispensare, & similia. Proposita vero exceptio, cessare debet. At excipiens tenetur excommunicationis speciem, & illius auctorem manifeste probare intra octo dies, alioqui nulla erit exceptio. Cap. 1. de except. in 6.

DUBIUM XXVIII.

Validumne est exercitium iurisdictionis coactivæ ab excommunicato tolerato factum?

Validum non est. Quia in Extrav. Ad evitanda scandala nullus favor, nullaq; gratia facta est excommunicatis, nisi quatenus cedit infidelium comodum, & ab ipsis acceptatur: at fideles nullatenus acceptant præceptum, cui nolunt obedire, neque præceptum illud in eorum commodum cedit: ergo. Sic Suarez. d. 14. sect. 2. m. 15. Layman. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 4. n. 7. Hurtad. d. 7. diff. 2.

Validum quidem est dum per exceptionem non eliditur. Quia fideles non excipientes excommunicatum censentur eius sententiae consentire, cum à iure sola exceptione permittum sit dissentium explicare. Ita Gutierrez lib. 1. Canoniar. qq. cap. 1. numer. 81. Coninch. disp. 14. dub. 10. numer. 9. Bonacin. disp. 2. q. 2. punct. 5. numer. 4. & alij.

Veriorē hanc iudico esse sententiā. Nam iure antiquo Iudex occultus excommunicatus iurisdictionē retinebat, quovisq; per exceptionem elideretur. cap. Ex ceptionem, de exceptionib. ca. 1. eod. tit. in 6. Sed iure nouo quilibet excommunicatus toleratus reputatur, ac reputatur iure antiquo occultus: ergo. Verū excommunicato vitando omnem iurisdictionem Ecclesiasticam ademptam esse nullus abnegat.

DUBIUM XXIX.

Si in aliqua electione suffragiis gerenda excommunicati vitandi suffragium super sit, utrum reliqua sufficiant electioni: estne valida electio?

Sæpe contingit electionem Capitulo, seu communitati competere, in qua aliqui sunt

190
Validè exercet.

190
Hoc certum esse reor.

191
Non est validum.

192
Validum est.

193
Verius hoc mihi.

194
Status questionis.

sunt excommunicati. Dubitant D. Flores, num ob eam causam irrita sit electio? Certum autem est, si suffragium excommunicati ita sit necessarium ad electionem, ut illo secluso non subsisteret, nullam esse electionem. *Cap. Ad probandum, de re iudic. Cap. Super Abbatis, de offic. delegati.* At si excommunicati suffragium super sit, ita ut reliqua suffragia, excommunicati suffragio enumerato, sufficiant electioni, requiratur, an valida sit electio.

195 *Non est valida.* Valida non est casu, quo non excommunicati scienter admiserint excommunicatum vitandum ad electionem. Quia eo ipso protestantur, se nolle eligere, quin simul excommunicatus concurrat. At excommunicatus inhabilis est ad eligendum, ut nec per se, nec cum aliis iurare electionem possit. Ergo voluntas electorum non excommunicatorum nullius erit effectus, & consequenter electio ex ea procedens. Secus vero erit, si contra voluntatem electorum habilius excommunicatus electioni se ingessit. Quia non debent electores iure eligendi priuari ob participationem cum excommunicato, quam vitare nequeunt. Sic plures relati à Suar. *disp. 14. sect. 2. num. 3.* & à Sayro, quos ipse sequitur *libr. 2. thesaur. cap. 6. num. 5.* Panor. *mit. ad cap. Messana, de elect. numero septimo.*

196 *Valida est.* Valida est electio etsi excommunicatus vitandus suum suffragium simul cum aliis dedisset. Quia sicut electores non excommunicati non habilitant excommunicatum: sic excommunicatus non reddit inhabiles eos, qui excommunicati non sunt. Nec est ullus textus, quo probetur hanc inhabilitatem constitui, electionemque esse irritam. Ita Hurtado *disputation. 7. difficultat. 3. numer. 8.* Richardus *in 4. distinction. 18. artic. 7. question. 1. ad 3.* Henriquez *libr. 13. capit. 7. Paragraph. 2.* Coninch. *disputation. 14. dubio 10. numero 93.* Layman. *libro 1. tractatu 5. parte 2. capite 2. numero 13.*

197 *Hanc praefero sententiam.* Hanc sententiam probabiliorē esse credo. Nam primae fundamentum probat ad summum, electionem irritandam à confirmatore esse. Nam esto, electores non excommunicati nolint sua praestare suffragia, quin suffragium excommunicati concurrat: at non praesumuntur velle, sua suffragia irrita fieri irrito existente excommunicati suffragio.

DUBIUM XXX.

Presentatio laica ad beneficium irritant est si ab excommunicato fiat vitando?

198 *Nonnulla recolo.* Ecclesiastica praesentatio ad beneficium, seu facta à Clerico, ut talis est, irrita est, ac nulla, si praesentans excommunicatus vitandus sit. Quia cum per huiusmodi praesentationem praesentatus acquirat ius in beneficium: excommunicatus vero vitandus privatus sit cuiuslibet iuris Ecclesiastici concessione, consequenter privatus est iure praesentandi. Quaesierim autem, an praesentatio à laico excommunicato vitando facta irrita sit?

Irrita est. Quia praesentatio ius in beneficium media praesentatione etiam acquirit, si quidem ille, ad quem institutio pertinet, tenetur eum instituere: at comparatione praesentationis ab excommunicato hanc institutor obligationem non habet: ergo praesentatio est nulla. Sic Lambertini. *part. 1. de iure patron. libr. 2. question. 2. artic. 2. & 3. & part. 3. libr. 2. question. 3. artic. 4.* Covarruvias *ad cap. Alma, part. 1. §. 7. numer. 9.* Frechilla *de excommunicat. artic. 5. part. 2. numer. 6.* Hurtado *disputat. 7. difficultat. 3. numer. 9.*

Non est irrita. Quia per praesentationem laicam non acquirit praesentatus ius firmum in beneficium: siquidem patronus variare potest, donec facta sit institutio. *Cap. Cum autem, de iure patron. & ibi. Gloss. Abbas, & Innocent.* At praesentatio Ecclesiastica ideo irrita est, quia ius praesentatio confert, & est actus iurisdictionis spiritualis, & officij Ecclesiastici: ergo cum praesentatio laica hoc ius non tribuat, nec sit vltus potestatis spiritualis, sed solum quaedam declaratio authentica voluntatis praesentatoris, & praesentati designatio irrita non erit. Ita Garcia *de benefic. part. 5. c. 4. num. 317.* Sayr. *l. 2. thesaur. c. 6. n. 9.* Henricq. *l. 1. §. 7. n. 1.* Vgolin. *tab. 2. cap. 1. §. 2.* Rebuff. *ad Cap. Polinastri, numero 104.*

Probabiliorē reputo hanc sententiam. Abnego namque, à praesentato ius proprium in beneficium acquiri: solum namque ius acquiri improprium; quatenus institutor teneatur eum in beneficium instituere, si patronus in praesentatione facta persistit. Sed quia eam variare potest, ideo illud ius non censetur esse proprium.

DUBIUM XXXI.

Validumne est Pontificium rescriptum ab excommunicato tolerato impetratum?

Erratum est excommunicatum privatum esse (si non sit toleratus) omnis privilegij, seu rescripti Pontificij imperatione, excepto rescripto in excommunicationis causa, vel appellationis. *Cap. 1. de rescript. in 6.* Vbi annullatur impetratio rescripti ad lites. Ergo à fortiori annullata censetur impetratio rescripti ad beneficia, dispensationes, gratias, & similia. Quaesierim autem, num invalidum etiam sit rescriptum ab excommunicato tolerato impetratum?

Validum quidem est. Quia textus ille non exprimit, num excommunicatus toleratus etiam sic ibi comprehendendus. Vnde cum Ecclesia benigniorem se cum excommunicato non vitando ostendat, colligitur, rescriptum ab eo impetratum non annullari. Sic Archidiaconus. *ad Cap. 1. de rescript. in 6. & probabiliter censet Suarius de Censur. disputation. 17. section. 1.*

Non est validum. Quia excommunicato cuique tolerato licet, nullus est ab Ecclesiastica lege favor. Ita nonnulli Doctores, quos presso nomine affert Ferdinandus de Castro Palao

Seçt. II. De Excommunicat. Dubia. 215

Palao de excommunicat. disputat. 2. punct. 12. num. 1.

205 Meum sequor doctissimum planè amicum
annotans effectum hunc excommunicationis
raro locum habere posse, cum rescriptis Pon-
tificiis consuetum sit ingeri ab omnibus cen-
suris ad effectum valoris rescripti absolutio-
nem, ut prius monu- t Coninch d. 14. dub. 10. in
principio.

D V B I V M XXXII.

*An rescripta Imperatoris, & Regis
sint nulla, si ab excommu-
nicato impe-
rentur?*

206 Sunt nulla. Quia ex Cap. 1. de rescript. in-
Sunt nulla. Sinitur constitutionem eam debere ad om-
nia Principum rescripta extendi. Sic Nauar.
l. 5. consil. tir. de sentent. excomm. consil. 44. numer.
2. & 6.

207 Nulla non sunt. Quia textus in eo Cap. so-
lummodo de rescriptis Pontificiis loquitur, &
lex penalis non debet ex vno casu ad alium
extendi. Ita Suar. d. 17. sect. 1. Bonac. de consil. 2.
q. 2. punct. ult.

208 Ego quidem iudicari, immerito à Nauar-
to hanc extensionem fieri: ad iudicium que conces-
siones, & gratias aliorum Prelatorum inferio-
rum à Pontifice non irritari ex vi excommu-
nicationis. Quia nomine rescripti non veniūt
neque ullibi irrita inveniuntur. Laym. l. 1. tr.
5. part. 2. cap. 2. num. 1. Suar. d. 17. sect. 1. num. 2.
Bonac. d. 2. q. 2. punct. ult. Nauar. l. 5. consil. cap. 23.
question. 1.

D V B I V M XXXIII.

De nono Denunciationis probatio in priuatione
effectu ex- communicationis forensis (excom-
municationis effectus) sufficitne
pro exceptione per-
emptoria?

209 R Ecolo ex sect. 1. excommunicatum priua-
tum esse quolibet actu ad iudicium per-
tinenti. Vnde si huic forensi communicationi
se ingerat, excipi potest in qualibet parte iu-
dicii. Quod intelligendum est de exceptione
excommunicationis in vim dilatoria, hoc est
ad differendam actoris, vel iudicis intentio-
nem: secus vero de exceptione excommunica-
tionis in vim peremptoria; hæc enim exceptio
supponit actum iam factum, cuius valor ex-
ceptione excommunicationis infirmari in-
tenditur. Hanc vero exceptionem dilatoriam
comparatione excommunicati tolerati oppo-
nere potest qui in eo iudicio debet interueni-
re. Porro exceptio probanda est intra octo die-
rum spatium à die oppositionis admittæ: debet
que esse apertissima. Sufficiens tamē est excom-
municationis probatio, si probes denunciatum
esse: non est aliquando fieri possit, aliqñe iniu-

ste denunciari, quia tamen id raro contingit:
ideo probata denunciatione, censenda est pro-
bata excommunicatio, ita ut in negantem
onus probationis transferatur. Quæsierim au-
tem, an hæc denunciationis probatio sufficiat
pro exceptione peremptoria.

Non sufficit pro peremptoria etsi pro dila-
toria sufficiat, Quia peremptoria maioris est
præiudicii. Sic Couar. ad Cap. Alma, part. 1. §.
3. num. 1. Rebuf. repetit. in Cap. Postulatus, nu-
76. & alij relati à Sayro l. 2. de excomm. cap. 7.
num. 19.

Sufficit quidem pro peremptoria sicuti pro
dilatoria sufficiens est. Quia in Extran. Ad
evitanda scandala, ex sola noticia denuncia-
tionis coguntur fideles denunciatum vitare,
quin aliam de excommunicatione notitiam
habeant. Quia præsumi nequit falsitas, & de-
ceptio in his, quæ publicè sunt effecta. Porro
huius Extranag. argumento ita Sayrus citatus
affirmat. Cuius sententiam approbat Palao de
excomm. d. 2. punct. 14. n. 6.

Crediderim his hærens, pro qualibet dila-
tione hanc denunciationis probationem esse
sufficientem.

D V B I V M XXXIV.

*An si Iudex secularis excommunicatus vitan-
dus sit, eius acta sint valida, si à
partibus non exci-
piantur?*

I Nter personas, quæ in iudicio interuenire
soli solent, primum locum Iudex obtinet. Hic
si excommunicatum se sentiat, abstinere à iu-
dicando debet, eius tamen acta valida erunt,
si vitandus non sit, si vero sit vitandus requiro,
an eius acta sint valida?

Valida sunt, dum à partibus non excipiuntur.
Quia nullus est textus, ex quo colligi possit
hæc annullatio, cum ferè omnes de Iudice
Ecclesiastico loquantur. Cap. Audimus 24.
question. 1. Cap. Ad probandum, de sentent. &
re iudica. Cap. Tanta, de excess. b. Prelator.
quorum decisio ad Iudicem secularem non
debet extendi: penæ enim extendendæ non
sunt ultra casum expressum, maxime cum non
est eadem ratio. Alij verò textus, nempe Cap.
Decernimus de sentent. excomm. in 6. Cap. Ex-
ceptionem, de exceptionib. & cap. 1. de exceptio-
nib. in 6. generatim loquentes solum dicunt
posse, & debere excommunicatum à iudicio
repelli, sed an eius acta ante exceptionem
valida sint, non decidunt. Sic Victor. de
excommunicat. numer. 16. alias 346. &
alij plures.

Non sunt valida, etiam si contra ipsum non
excipiatur. Quia esto nullus sit textus, qui
expresse gesta à Iudice seculari excommuni-
cato annulet: at praxi receptum est, annulla-
tionem factam pro Iudice Ecclesiastico ad
Iudicem secularem extendi. Ita Laym. l. 1. tr. 5.
part. 2. cap. 2. num. 14. Coninch. d. 14. n. 303. Bo-
nac. d. 2. q. 2. punct. 7. num. 1. Hurtad. d. 8. diffi. 2.
Vatq. de excomm. c. 7. sine. Suar. d. 16. sect. 1. num. 2.
& alij.

²¹⁶ *Idē affirmo.* A communi hac sententia non recedam, maxime quia non leuiter colligo ex *Can. Nos Sanctorum* 15. q. 6. eius veritatem. Ibi enim Pontifex liberat subditos à dominorū excommunicatorum fidelitate, præcipitque, ne ipsis obediāt. Ergo omni iurisdictione priuati existūt, eorum que præcepta nulla sunt. Præterea in *c. Præsidentes, de heret. in 6.* ob fidei fauorem excommunicato conceditur, vt valeat Iudicis officium exercere: signum ergo est extra hunc casum nihil posse.

D V B I V M XXXIV.

An procurator excommunicatus valide instituitur ac mandatum acceptet?

²¹⁷ *Questionis status.*

Procurator si excommunicationis tempore acceptet officiū, peccat graniter. Quia est communicatio politica, & in officio publico, à qua per excommunicationem exclusus est. Quæserim verò, an valide instituat, valideque mandatum acceptet?

²¹⁸ *Non instituitur, nec acceptat validè.*

Validè non instituitur, nec validè mandatum acceptat. Quia *c. Post cessionem*, Innocētius III. repellit Procuratorem à iudicio, eo quod tempore excommunicationis fuit institutus. Et quia institutio Procuratoris est officij publici l. i. ff. de Procuratorib. Sed excommunicatio omni iudicio, & autoritate publica priuat: Ergo. Sic Panormit. ad *c. Post cessionem* n. 10. Decius ibi, n. 20. Socin. ad *c. Scris*, n. 415. de sent. excomm. Vgolin. tab. 2. de cens. 19. §. 3. Sayr. l. 1. c. 8. n. 8.

²¹⁹ *Validè instituitur, & acceptat.*

Instituitur, & acceptat validè. Quia nullibi irrita reperitur, & annullatio actus introducenda non est abique textu manifesto. Ita Suar. de Cens. d. 16. sect. 7. num. 8. Coninch d. 14. dub. 11. concl. 2. n. 110.

²²⁰ *Cum his opinor.*

Cum his opinor, iudicans, textū in *c. Post cessionem* contrarium minimè probare. Nā verba illa Pontificis, *Ipsū tanquā procuratorem non duximus admittendum*, non denotant Procuratoris officium non potuisse valide exercere, dum non excipiebatur; sed denotant, debere repellī, eo quod officium Procuratoris excommunicatus assumpserit.

D V B I V M XXXVI.

An excommunicati testis validum sit testimonium, dum à parte non excipitur?

²²¹ *Nonnulla suppono.*

Suppono, excommunicatū occultum licite testimonium ferre. Secus vitandū, *c. Veniens* 2. de testib. & *c. Decernimus*, de sent. excom. in 6. Non videtur autem culpā venialem excedere. Quia actus testificandi non procedit à potestate publica, sed à priuata. Quæserim verò, num validum sit eius testimonium, dū à parte non excipitur?

²²² *Validum non est.*

Validū non est. Quia prædicto testimonio nō est fides adhibenda necessario iuxta *c. Nullus* 3. q. 4. in quo testimonij valor consistere videtur. Sic Marian. Socin. ad *c. Sacris*, n. 405. Valq. de excom. d. 5. Hurtad. de Cens. d. 8. diff. 6.

²²³ *Est validū.*

Est validum, tamen si ope exceptionis valeat. Est validū, irritari, dum sententia lata non fuerit. Quia

aperte colligitur ex *c. 1. de exceptionib.* in 6. & ex *c. Excommunicamus*, §. *Credentes, de heret.* Vbi testimonij excommunicati ob hæresis fauoris nullū esse declaratur: tacite innuendo, ob aliam causam valere. Porro actus annullatio asserenda nō est absque manifesto textu & ratione: nulli autē inuenitur, testimonij excommunicati esse irritum. Ita Vgolin. tab. 2. c. 17. §. 1. Bonac. de Cens. d. 2. q. 2. pun. 7. n. 12. Suar. d. 16. sect. 6. n. 6. Coninch d. 14. d. 14. n. 110. Sayr. l. 1. de excom. c. 8. n. 1.

Hanc præfero sententiam. Nā quod excommunicati testimonio fides adhibenda non sit, *Hanc præ* sed possit ope exceptionis elidi solum probat, *fere sententiam*, eius valorem non esse firmum: non tamen cō. tiam. uincit, non esse validū, dū non excipitur, interim namque fides ei est adhibenda. Illud omnino certū, in causis fidei non solū valide, sed licite excommunicatum vitandū testem posse adhiberi. *C. In fidei fauorem, de heret. in 6.* Vt annotant ibi Anchar. Geminian. & alij.

D V B I V M XXXVII.

Si Tabellio excommunicatus vitandus sit, validæne scripturas conficiat?

Certum est Tabellionem, si excommunicatus vitandus non sit, posse ad aliorū petitionē instrumenta, & scripturas conficere, dummodo scriptura ad valorē actus non requiratur si vero vitandus sit, illicite scripturas conficere. Quæstio vero est, num eas validas conficiat? Inualidas conficit. Quia *c. Nullus* 2. q. 3. dicitur. *Nullus anathematizatorū suscipiatur, neque Inualidas à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel conficiuntur.* At si validæ essent eorū scripturæ deberet eis fides adhiberi; quia in nullo alio earum firmitas consistit. Ergo. Sic Canonistarū communis sententia, quam refert, ac sequitur Henric. l. 1. c. 9. Auila p. 2. c. 6. d. 6. dub. 5. Hurtad. d. 3. diff. 5.

Conficit scripturas validas, quæ fidē faciunt, dum à partibus non excipiuntur. Quia nullibi inueniuntur irritæ. Ita Suar. d. 16. sect. 5. num. 5. Coninch d. 14. dub. 11. concl. 2. & 3. Bonac. d. 1. q. 2. pun. 5. n. 8. & pun. 7. n. 4.

Textum pro prima sententia citatum non convincere affirmo. Fateor namque, excommunicatum credendum non esse ex necessitate, cum eius testimonium opposito anathemate possit elidat dum nō opponitur, validum est, & fides ei adhibetur, & sententia ob illius causam lata valorem continet. Verum si ex consensu partium scriptura ab excommunicato conficiatur distinxerim si partes conscie fuerit excommunicationis, nullus eorum poterit, spectato conscientie foro excommunicationis exceptionem opponere, vt scripturam infirmare; quia præfato consensu videntur iuri cessisse exceptionis, & scripturæ firmam fidem adhibuisse. At si excommunicatio ignota esset, optime posset quilibet excommunicationis exceptionem opponere, & scripturæ fidem elidere.

DVBIVM XXXVIII.

An reus excommunicatus possit per se in iudicio comparere, si vitandus sit?

²²⁸ *Sciamus quia* R. Eus etiam si sit excommunicatus vitandus, trahi potest ad iudicium, & adductus ad omnia sibi obiecta potest respondere, testes, & instrumenta in sui defensionem producere, Iudicem, Advocatum, Scribam, & Procuratorem eligere: & exceptionibus dilatoris uti. Sed quæsierim, num per se comparere in iudicio possit?

²²⁹ *Non potest* Non potest, sed necessario obligatus est. Procuratorem eligere, & medio illo respondere, nisi forte adeo sit pauper, ut nequeat Procuratori stipendia ministrare, vel eo in loco Procurator idoneus non reperiatur. Quia in *Cap. Intelleximus, de iudic. i.* expresse deciditur, excommunicatum posse in iudicio conveniri, & debere per alium respondere. Verbum enim debere necessitatem importat, & æquè tum responsionem, tum modum respondendi respicit. At excommunicatus, si conveniatur, ex necessitate responderet. Ergo etiam ex necessitate debet per alium respondere. Sic Decius ad *cap. Intelleximus, Felin. ibi, num. 3. Sylvest. v. Excommunicatio 3. num. 1. effectus 11. Vgolin. de Conf. tab. 2. c. 16. §. 6. n. 1. Auila p. 2. c. 6. d. 7. dub. 2. Hurtad. d. 8. diff. 4. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. cap. 2. num. 15.*

²³⁰ *Potest placet* Potest quidem per se ipsum in iudicio comparere. Quia in *cap. Dilecti filij, & cap. vlt. de exceptionib.* permittitur absolvi excommunicato in iudicio respondere. Non igitur hæc permissio credi debet restricta ex *cap. Intelleximus*, maxime cū iure naturali concessa sit cuiuslibet propria detentio. Ergo quorū excommunicatus censet, melius se posse per se ipsum defendere, quam medio Procuratore, illi est concedendum. Ita Suar. d. 16. *sect. 4. num. 6. Coninch d. 14. dub. 11. fine. Filliuc. tr. 12. n. 181. Bonac. d. 2. q. 2. pun. 7. n. 8. Sayr. l. 2. c. 8. fine.* citans Glossam *c. Intelleximus, v. Conveniri.* & ibi Innocentium, Hostiensium, Panormitanum.

²³¹ *Com his opinor* Cum his opinor. Nam licet textus in *c. Intelleximus*, decidat, debere excommunicatum per alium respondere, & verbum *Debet* responsionem, & modum afficiat: diuersimode tamen, nam responsionem ex necessitate, modum ex convenientia. Quod colligo, quia Pōtifex solum interrogatus fuit, an excommunicatus in iudicio conuentus obligatus esset respondere. Cui interrogationi respondit, *Debere.* Et licet huic responsioni modum addiderit, ut scilicet ea responsio per alium fiat, id non ex necessitate, sed ex convenientia dictum est, uti praxis probat. Equidem etsi convenientissimum sit, ut excommunicationis effectus rectius obstruatur, & minima quoad fieri possit cum excommunicato communicatio habeatur: non tamen est necessarium.

DVBIVM XXXIX.

An excommunicatus exerceat licite & valide tutoris, curatoris, hospitalarij, ac similiarum officium?

Dedecima excommunicationis effectus.

²³² *Illicite, & invalidè exerceat.* Decimus excommunicationis effectus est privatio cuiuscumque usus officij publici. Vnde excommunicatus non solum illicite, sed & invalidè tutoris, curatoris, & similiarum officium exercet. Quia huiusmodi officia etsi iurisdictionem non habeant, publica autoritate constituentur. *§. Nam & tutelam. Inst. de excusationib. tutor.* At excommunicatus exclusus est ab omni officij publici usu, ut potè qui à communione fidelium est separatus. Ergo, Sic Sayr. l. 2. de excom. c. 7. n. 2. Vgolin. de Conf. 2. b. 2. c. 14.

Licite ac valide huiusmodi munia exercet, Quia esto tutor, curator, hospitalarius &c. auctoritate publica constituentur, non tamen in utilitatem publicam, sed privatam utilitatem constituentur, licet auctoritate publica, irrita non sunt, nisi excipiantur. Ita Suar. de Conf. d. 16. *sect. 8. per totam.* Palao de excom. d. 2. pun. 15. num. 1.

²³⁴ *Eiusdem mentis sum.* Eiusdem mentis sum. Nam ex prima sententia sequeretur, acta à Procuratore, Actore, Advocato, & similibus irrita esse, cum horum officia auctoritate publica sint constituta. Constat vero ex supra dictis contrarium esse asserendum.

DVBIVM XL.

An assistentia Parochi excommunicati non tolerari sit valida contrahentibus Matrimonium?

²³⁵ *Non est valida.* Valida non est. Quia tum testis gerit officium. At testis esse non potest excommunicatus non toleratus. Sic nonnulli non infirmæ notæ, nimium tamen textui adherentes.

²³⁶ *Valida est.* Est valida. Quia hæc assistentia, etsi auctoritate publica præstetur, non est iurisdictionis actus cum sufficienter præstetur ab invito, quod alienum est à iurisdictionis usu: sed est executio cuiusdā conditionis à Concilio Tridentino requisitæ pro matrimonij valore quæ cum nullo annollatur facta ab excommunicato vitando, valida censeri debet. Ita Hentiq. l. 11. c. 3. Rebel. l. 2. de oblig. iust. q. 9. n. 9. Coninch d. 27. dub. 2. concl. 7. Hurtad. d. 7. diff. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 1. Bonac. de matr. q. 2. pun. 8. n. 21. & de Conf. d. 2. q. 2. pun. 5. n. 1.

²³⁷ *Hoc gerit.* Hoc certum. Quia Parochus matrimonio assistens non est testis deponens, sed inspiciens. Inspicere autem matrimonium, illique assistere, ut postmodum testificari possit, valide potest ab excommunicato vitando præstari. Ad diderim, testificationem excommunicati, dum non excipitur, validam esse, uti superius resoluti.

DVBIVM

DUBIUM XLII.

*An licentia à Parocho excommunicato
alteri Sacerdoti ad assi-
stendum Matrimonio sit
valida?*

238 *Questionis
status.* Illicita quidem est, nisi gravis necessitas ve-
geat. Quia est quædam cum fidelibus com-
municatio, & ex se gravis. Quæstio vero an
sit valida? Conveniunt Doctores validam esse,
si ab excommunicato tolerato præstetur.
Quia dum toleratur Parochi officium, retinet
iurisdictionem. Quid si ab excommuni-
cato vitando concedatur huiusmodi li-
centia?

239 *Non est va-
lida.* Valida quidem non est. Quia est actus iu-
risdictionis qua excommunicatus est. Quippe
nullus potest alteri facultatem aliquid geren-
di impertire, nisi iurisdictionem, vel dominium
habeat facultatis concessæ, vel personæ, cui
conceditur. Sic Coninch *disputation. 17. de
matrim. dub. 2. n. 25. Avila p. 2. cap. 6. disputat. 3.
dub. 1.*

240 *Valida est.* Valida est. Quia concessio huiusce faculta-
tis non est iurisdictionis actus, sed dominij: si-
cuti est qualibet procuratoris institutio: cum
Parochus nihil aliud faciat concedens hanc
licentiam, quam potestatem assistendi suam in
alteri subrogare. At hæc potestas in Parocho
residens, non est iurdictio: ergo neque illius
in alterum subrogatio. Ita Sanchez *de matri-
mon. disputat. 21. Filiuc. tractat. 10. nu-
mer. 204. Hurtad. de excomm. disputat. 7. dif-
ficul. 2. Bonacin. hic, d. 2. question. 2. punct. 5. nu-
mer. 1.*

241 *Magis mi-
hi hæc sen-
tentia pla-
cet.* Magis hæc mihi opinio placet. Quia quod
Sacerdos à Parocho designatus potens sit ma-
trimonio assistere, & ex eius præsentia mat-
rimonium subsistat, non tam procedit à Pa-
rocho designante, quam à Tridentino conceden-
te eam facultatem Sacerdoti, quem Parochus
designaverit: sicuti ipse Parochus ex Tri-
dentino habet esse inspectorem qualifica-
tum, cuius præsentia valorem matrimonio
præstat.

DUBIUM XLIII.

*De vnde-
cimo excō-
municatio-
nis effectū.* An contractus ab excommunicato initi
semper habeant firmitatem: inducant-
que obligationem tam ex parte excom-
municati, quam aliorum quibuscum
celebratur?

242 *Questionis
status.* Cum excommunicato interdicta sit qua-
libet cum fidelibus communicatio, ma-
nifestum est, ei interdictum esse quemlibet cū
fidelibus contractum inire: siquidem contra-
hendo communione hominum utitur. Argum.
leg. 1. Paragrapho conventionis, Digestis *de
pactis*. Do autem quæstioni, an contractus ab

excommunicato initi semper firmitatem
habeant, inducantque tam ex parte excommu-
nicati, quam aliorum quibuscum celebratur,
obligationem?

Non habent firmitatem semper & obliga-
tionem inducunt, sed si fiant in favorem con-
trahentium non excommunicatorum: secus
vero si in favorem excommunicati. Quia
cum excommunicatus contrahens sit legum
interdictum communicationem transgref-
sor, æquum non est, ut legibus ipsis subne-
ciatur. Quod enim contra ius fit, pro non
facto debet haberi. Regul. *Quæ contra ius,
Digestis de reg. iur.* Verum si in aliorum
commodum fiant, validi sunt; nè non ex-
communicatus sua utilitate ex alterius censu-
ra priuatur. Sic Hostiens. *ad Cap. Vicitatæ,
de dolo, & contum. & Cap. Si vero, de sen-
tent. excomm.* Cardin. *ad Cap. Pia, de
except. libr. 6. Archidiacon. ad Cap. 1. de
iure patron. & alij relati à Mariano So-
cio ad Cap. Sacris numer. 458. de sentent.
excomm.*

Semper habent firmitatem & inducunt
obligationem, etiam si ab excommunicato vi-
tando fiant, obliganturque ex illis excommu-
nicati quibuscum contrahunt, etiam si hi sint
excommunicati. Quia annullatio, irritatioque
contractus utpote odiosa inducenda non est
absque manifesto texto, & ratione. At nullus
est textus, ex quo hæc irritatio colligi valeat.
Est legibus Ecclesiasticis interdicantur cum
excommunicato contractus, non tamen irri-
tantur. Non enim quicquid contra legem
fit, pro non facto est habendum. Alioqui con-
tractus non solum in favorem excommuni-
cati, sed etiam in favorem aliorum non ex-
communicatorum irritus esset, siquidem ipsis
etiam non excommunicatis communio cum
excommunicato vitando interdicitur. Ita Pa-
normit. *in Cap. Ad probandum, numer. 8. de
sentent. & re iudicata. & ibi Felin. Rebus. ad
Cap. Postulatus, numer. 5. de Cler. excommu-
nicat. Coninch. disputatio. 14. dub. 12. nu. 119.
Hurtad. d. 9. diffin. 1. n. 5. Valq. d. 8. Vgolin. tab. 1.
c. 20. §. 1.*

Hanc sententiam omnino tenendam existimo.
Nā Regula illa, quod contra ius fit, pro infe-
cto haberi debet, intelligenda est de his, quæ nulla
sunt contra ius irritans, & annullans: secus
verò de his, quæ sunt contra ius tantum hæc
prohibens. Vnde constat, validam esse ven-
ditionem, emptionem, locationem ab ex-
communicato factam: donationem tum ab
excommunicato tum ipsi excommunicato
gestam.

DUBIUM XLIII.

*An contractus Matrimonij ab excommu-
nicato vitando initus sit
validus?*

243 *Validus non est.* Quia matrimonium est
contractus, quo coniuges sese obligant
ad mutuam communicationem: At ex-
communicatus nequit se obligare ad commu-
nicandum

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 219

nicandum cum aliis, cum omnis communicatio illi sit interdicta: Ergo. Sic nonnulli, quos, pressio nomine, memorat Castro Pal. de Cens. d. 2. p. 16. n. 5.

²⁴⁷ *Es. cali.* Validus omnino est. Quia licet Ecclesia potuerit irritare excommunicati matrimonium, nullibi tamen reperitur factum. Imo firmum esse indicat Cap. Significasti, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium. Ita Felin. Rub. de sponsal. tit. 8. in 12. prius. Couar. ad Cap. Alma part. 1. numer. 9. Vgo. lin. tab. 2. cap. 20. Paragrapho 1. Sayr. lib. 2. cap. 9. numer. 15. Bonacin. hic, d. 2. question. 2. pun. 5. numer. 1.

²⁴⁸ *Coram hoc mili.* Omnino tenendam esse hanc sententiam existimo. Nam excommunicati contrahentes matrimonium obligari possunt ad mutuam cohabitationem absolute, quod sufficit, ut matrimonium subsistat, tamen non obligentur ex suppositione, quod excommunicati existant. Præterea excommunicatio non impedit coniugalem coniuctum, utpote à natura concessum, & maxime necessarium. Quapropter etsi excommunicati contrahendo peccent, contractus tamen validus ac firmus existit.

DUBIUM XLIV.

Esne validum testamentum ab excommunicato vitando confectum?

²⁴⁹ *Inuadim* Invalidum est. Quia illicite omnino sit ab huiusmodi excommunicato, cum necessum sit vocare testes, & cum ipis ac Notario communicare: quod est excommunicato vitando prohibitum. Sic plures Doctores, quos refert. Sayr. lib. 2. de excommunicat. capit. 9. num. 1.

²⁵⁰ *Es. cali.* Validum est. Quia nullibi irritum habetur. Et omnibus est permissum, testamentum conficere, nisi aliqua lege expressa prohibeatur. Paragrapho fin. Instit. Quibus non est permissum facere testam. Leg. Si queramus. ff. de testam. leg. 1. Cod. de Sacros. Eccles. At excommunicato non est interdicta generaliter testamenti confectio: Ergo. Ita Abbas in c. Ad probandum. n. 9. de sent. & re iudic. & ibi Felin. col. 2. Couar. Rub. de testam. numer. 18. Vgo. lin. tab. 2. capit. 21. Layman. libro primo tractatu quinto parte secunda capite secundo numer. 17. Coninch. disputation. 14. dub. 12. sine. Sayr. lib. 2. de excom. cap. 9. num. 2. Auila p. 2. c. 6. d. 6. dub. 6.

Existimo primam sententiam haud solido fundamento niti. Nam ex eo, quod illicite conficiatur testamentum vocando testes, & cum illis ac Notario communicando, inferri nequit esse irritum: sicut non est irritus quilibet alius contractus, illicite celebratus, nisi aliqua lege expressa prohibeatur.

DUBIUM XLV.

Licetne salutatio, que non fit salutandi animo, sed ne quis inurbanus videatur?

²⁵¹ De duodecimo excō. municationis effectu.

Excommunicatus priuatus est communione civili ac politica fidelium, siue per modum commercij, siue Societatis, siue conuersationis. Cap. Sicut Apostoli. Cap. Excommunicamus 11 question. 3. Cap. Ad mensam. Si quis laicus 24. question. 1. Actiones vero huius civilis, ac politicae communicationis vidimus sect. 1. hoc verum comprehendit

Os, orare, vale, communico, mensa negetur.

Nomine Vale prohibetur qualibet honorifica salutatio. Cap. Excommunicatus 11. qu. 1. habetque fundamentum in verbis illis 2. Ioan. 1. Neque Aue ei dixeritis. Non est autem censenda salutatio, si dicas, Deus te illuminet, Deus te conuertat. Quia his verbis non honoras excommunicatum, sed eius statum exprobras, & à Deo conuersionem postulas. Querim vero, an prohibeatur salutatio, que non fit animo salutandi, sed ne inurbanus videaris; verbi gratia, assurgere excommunicato, caput aperire, locum concedere?

Prohibetur omnino. Quia illa est vera salutatio exterior, in quam prohibitio cadit, licet procedat ex animo non salutandi, quem animus lex non spectat. Sic Valquez hic, dub. 8. numer. 5. Bonacin. disput. 2. question. 2. punct. 6. Paragrapho 2. numer. 4. Hurtad. disputation. 9. difficult. 1. numer. 3. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 2. capite secundo numer. 16. Syluest. verb. Excommunicatio quinto numero tercio. Nauarr. summ. c. 27. numer. 20. Suar. disput. 15. section. 1. num. 3.

²⁵² Prohibetur omnino.

Non prohibetur. Quia ea salutatio consuetudine introducta videtur, non voluntaria, sed necessaria, non quidem ut excommunicatum honores, sed ne illum inhonorare videare. Quod à fortiori procedit, excommunicato te prius salutante. Quia tunc resalutatio debita esse videtur. Ita Henriquez lib. 1. c. 7. litter. O. Fillinc. tract. 13. numer. 84. Auila p. 2. c. 6. disput. 9. dub. 5. Sayr. lib. 2. c. 13. numer. 7. Sotus in 4. dist. 22. question. 1. articulo quarto Graf. libro quarto capit. 12. numer. 5.

²⁵³ Minime prohibetur.

Primam sententiam tenendam, & consulendam esse iudico ut securiorem, ac probabilem satis dixerim esse secundam, præbile iudico, si prius ab excommunicato quis salutetur, & illud re-
neg.

²⁵⁴ Hoc proba-
suppono.

DUBIUM XLVI.

*Communicatio in officio diuino priuatum recitatio estne le-
thalis?*

Suppono, sub lethali culpa prohibitam esse excommunicato cum fidelibus communicationem
²⁵⁵ Nonnulla suppono.

nicationem, & ipsis fidelibus cum excommuni-
catis in rebus divinis. *Cap. Significavit, de
sentent. excomm.* Nomine autem divinum in-
telligimus Sacramenta, Officia Ecclesiastica
solemnia, & sepulturam. Quæserim vero, an
communicatio in Officio divino privatum di-
cto sit lethalis?

²⁵⁶
*Lethalis
est per se.* Lethalis est. *Quia Cap. Significasti orato*
absolute prohibetur communicatio cum excō-
municato in divinis. At privata Officij Ca-
nonici recitatio pertinet ad divina. Sic nonnulli
Doctores, quos, presso nomine, innuit Castro
Palao d. 2. de *Cens. pun.* 18. n. 2.

²⁵⁷
*Nō est per
se lethale.* Non est per se lethale piaculum. Quia hæc
communicatio non est primo & per se ex vi
excommunicationis prohibita, sed secunda-
rio, ideoque in ratione communicationis non
videtur gravis materia. Ita Avila *part. 2. cap. 6.
d. 3. dubio 3.* alios citans Conar. ad *Cap. Almae,*
part. 1. §. 3. numer. 8. Vasquez *hic dub. 7. &
10. Hurtad. d. 9. difficul. 2. Sayr. libr. 2. capit. 11.
num. 22.*

²⁵⁸
*Cum his
opinor.* Cum his opinor, hinc asserens constare cō-
municationem in rebus humanis Ecclesiasti-
cis, ut in collatione beneficii, illiusque rece-
ptione, usu, & exercitio iurisdictionis Eccle-
siasticæ per se, & ex vi communicationis,
mortalem non esse. Quia solum secundario
hæc communicatio per excommunicationem
prohibetur, Dixi, *Ex vi communicationis,*
nam ex vi nullitatis actus, quæ ex cōmunica-
tione vitanda inducitur, regulariter mortalis
est ut adnotavit Henal. 13. c. 7. n. 1. & Sayr. l. 1.
c. 1. n. 19.

DVBIVM XLVII.

*An maritus possit cum vxore ex-
communicata commu-
nicare?*

²⁵⁹
*Nonnulla
permittit.* S. Cis quibus in casibus licita sit cum excō-
municato denunciatio communicatio: hos-
que casus illo carmine comprehendendi.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Qui quidem deducuntur ex *Cap. Quoniam
multos 11. question. 3.* Verbum illud, *Lex ma-
trimonij legem* significat quæ excusat à pro-
hibitione communicandi cum excommuni-
cato coniuge. Unde vxor petere debitum po-
test à marito excommunicato, cum eoque in
mensa, gubernatione domus, colloquiis, aliis-
que domesticis obsequiis communicare *Cap.
Inter alia, de sentent. excomm.* Quæserim au-
tem, an ipse maritus possit cum vxore excom-
municata communicare extra coniugale de-
bitum?

²⁶⁰
Non potest. Non potest. Quia in eo *Cap. Quoniam mul-
tes,* solum permittitur vxori communicare
cum viro excommunicato: non verò permi-
titur viro communicare cum vxore excommu-
nicata. Et quia vir est caput vxoris, ad ipsum-
que pertinet vxorem corrigere, ipsamque cō-
pellere, ut procuret absolutionem. Quod si
non faciat vxor, sibi imputare debet, ideoque
à communicatione est arcēda. Sic Hostiel. *sum.*

*1. 5. tit. de sent. excomm. n. 12. Asten. p. 2. l. 7. tit. 12.
q. 4. D. Antonin. 3. p. tit. 25. c. 1. Fauct Sylvest. v.
Excommunicatio 5. n. 4. Arnil. n. 43.*

Potest quidem. Quia dispositum in vno
correlativo censetur in alio dispositum, ubi est
eadem ratio: At in præfenti eadem ratio est
concedendi marito, ut possit cum vxore excō-
municata communicare: quippe vxori conce-
ditur ob periculum animarum, quod pericu-
lum æquè in viro procedit. Ita D. Thom. *in
addit. ad 3. p. q. 23. a. 2. Palud. dist. 18. q. 6. art. 2.
Nauar. sum. c. 27. n. 26. Sanch. l. 9. dub. 14. n. 26.
Vasq. dub. 9. n. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. num. 16.
Avila part. 2. c. 6. d. 11. dub. 5.*

Cum his omnino teneo, æque vtrique coni-
ugi excommunicato communicationem liciti-
tam esse. Quia alias vir excommunicatus me-
lioris esset conditionis, quam non excommuni-
catus: siquidem posset vxoris obsequiis frui,
quibus non excommunicatus privatus esset.
Addo, ratione utilitatis, aut necessitatis vel
proprie, vel vxoris, vel familiae permitten-
dam esse marito communicationem cum vxore
excommunicata saltem ad breve tempus. Porro
licet in *Cap. Quoniam multos* solum vxores
excipiantur, id factum est, quia frequentius
viri, quam vxores in excommunicationem inci-
dunt. Non autem inde inferitur, viros exclu-
sos esse, si forte vxores in excommunicationem
inciderint.

DVBIVM XLVIII.

*Filius emancipari possitne cum pa-
rentibus excommunicatis com-
municare, sicuti possent si
emancipati non
essent?*

²⁶¹
M Inime possunt particula *Humile*, seu ex
subiectionis humilitate. Quia textus in
Cap. Quoniam multos ideo concedit filiis hanc
communicationem, quod illis necessaria erat ob
communem cum parentibus habitationem,
quæ ratio in filiis emancipatis cessat. Quod si
filius emancipatus sustentationem à patre reci-
piunt tunc non ratione filiationis, sed quia
sunt, de familia communicare poterunt. Sic
Sayr. l. 2. de *excomm.* c. 14. n. 10.

Possunt quidem. Quia filius emancipatus ve-
rè filius est, & patri subiectus: Ergo debet fa-
vori filii concessio. potiri maxime cum ratione
filiationis, & subiectionis debita obligatus sit,
sæpe communicationem cum parente intrare.
Ita Vgolin. *tab. 2. capit. 2. §. 7.* Hurtad. d. 9. de
excomm. difficul. 4. n. 21. Reginal. l. 32. n. 109. Bonac.
d. 2. de *excomm.* q. 2. p. m. 6. §. 2. num. 28. Saar. d. 15.
sect. 5. n. 4. alios citans.

Profecto cum semper particula *Humile*, seu
subiectionis ratio semper in filiis debeat ve-
rificari, etiam emancipati concessione illa filiis
data poterunt. Et hoc probabilius omnino
esse iudicamus.

DVBIVM

DVBIVM XLIX.

An seruientes alteri gaudeant communi-
candi privilegio, si suas operas do-
mino iam excommuni-
cato conduxe-
runt?

266 *Statu qua-
Humis.* Certum est, ex particula *Humile* excusari
seruientesalicui, siue gratis, siue ex pretio
inferuiant, tamen si rustici sint. *Cap. Quo-
niam multos.* Requiro autem, an hoc priuile-
gio gaudeant si suas operas domino iam ex-
communicato conduxerint?

267 *Non gaudet.* Non gaudet. Quia *cap. inter alia, de sent.
excom. Innocentius III.* concedit famulis com-
municationem cum suis dominis excommuni-
catis, si ante excommunicationem subiectio-
nem contraxerit. Supponit ergo Pontifex illi-
cita esse communicatione cum excommunicato,
si tempore excommunicationis subiectio con-
tracta est. Nam ea subiectio, & obligatio vide-
tur inique contracta. Merito igitur denegari
illi debet communicatio praefata subleques
subiectionem. Sic Nauar. *sum. c. 17. n. 27.* Anila
*p. 2. de Cens. c. 6. d. 11. dnb. 6. Suar. d. 15. sect. 5. nu.
13. Sayr. l. 2. c. 14. n. 15. Vgolin. tab. 2. cap. 23. d.
9. numer. 6. Syluest. verb. Excommunicatio 5.
numer. 3.*

268 *Gaudet
quidem.* Gaudet quidem, si absque vlla culpa sub-
iectio fuit tempore, quo dominus excommu-
nicatus erat, subiectio contracta. Quia cum nulla
culpam commiserint in ea subiectione, non
debent a communicatione, aliis concessa fa-
mulis, priuari. Ita Laym. *libr. 1. tractat. 5. part. 2.
capit. 2. nu. 17.* Coninch *d. 14. dub. 12. n. 127.* &
idem Suar. *ubi sup. hoc in casu id, aliis relatis,
profitetur.*

269 *Audivis
sententia.* Ego quidoe existimo, illicita esse communicatio-
ne, si culpa intercessit. Quia hoc videtur Pöti.
fex non obscure innuere. Vnde in hoc casu prima
teneo sententia communior & planior. Si vero non
intercessit culpa adhuc secunda, & licitam
esse affirmo: sicut contingit adoptatis tem-
pore excommunicationis, vel famulis ignoran-
tibus excommunicationem domini, vel locan-
tibus suas operas excommunicato ob neces-
sitatem urgentem.

DVBIVM L.

An excusentur vasalli à communica-
tione cum suis dominis excom-
municatis?

270 *Excusantur.* Excusantur. Quia subditi sunt: & particula
illa *Humile* omnes subditos videtur excu-
sare. Sic Doctores plures, quos pressio nomine,
refert Castro Palao *de Cens. disput. 2. punct. 19.
num. 20.*

271 *Non excu-
santur.* Non excusantur. Quia vasalli nec sunt fa-
mulis, nec ad domini familiam pertinent, ut ad
eius communicationem adstricti esse videan-
tur. Ita ipse Palao *ibid.* Bonacin. *disputatione
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI*

secunda de excommunic. questione secunda punct.
6. Parag. aph. 2. numer. 40. Hurtad. d. 9. diffi-
cult. 15.

Hoc rectius mihi putanti decidi in *cap. San-
ctorum 15. question. 6.* Attamen quia ob præci-
sam excommunicationem domini non exi-
bentur vasalli à debito fidelitatis, possunt, &
debent domino præcipienti obedire, & tribu-
ta solvere. Quia hæc obedientia, & tributo-
rum solutio ex dominio sublequitur, quod
per excommunicationem nequaquam amit-
titur. Henriquez *l. 13. c. 2. 2. numer. 3. Suar. disput.
15. sect. 6. numer. 5. Bonac. d. 2. q. 2. punct. 6. Parag.
num. 40.*



CAPVT XII.

Circa Excommunicationem
minorem.

DVBIVM LI.

An penitentia ab excommunicato excom-
municatione minore, sit vali-
da?

273 *Nonnulla
recolo.* Recolo olim plures fuisse excommunicatione
minores, iam vero vñ receptum, tan-
tum esse vnicam, quæ incurritur ob partici-
pationem cum excommunicato vitando siue vi-
uo siue mortuo appellarique minorem com-
paratione maioris. Quæ quidem etsi ab ho-
mine ferri valeat, nunquam tamen fertur. Vni-
cus autem est eius effectus scilicet priuatio
passiva Sacramentorum. Quare minori excom-
municatione innodatus tenetur sub gravi cul-
pa cuiuslibet Sacramenti perceptione absti-
nere. *c. Si celebrat, de Clerico excomm. ministr.*
Quia cuiusvis Sacramenti receptio grauis ma-
teria est. Sacramenta vero (vnicum peniten-
tiæ si demas) valida esse, omnes Doctores af-
firmant. De penitentia vero dubitatur, num re-
cepta ab excommunicato huiusmodi valida
sit?

Valida non est. Quia hac excommunicatione
ne priuat Ecclesia excommunicatum Sacra-
mentorum receptione quoad fieri possit: Ac
potest Ecclesia eum priuare Penitentia Sacra-
mento secundum illius valorem, denegando
Sacerdoti iurisdictionem. Ergo Penitentia
Sacramentum receptum ab excommunicato
excommunicatione minori est invalidum. Sic
Syluest. *verb. Excommunicatio 4. numer. 1. &
verb. Confessor 3. numer. 12. Tabie. verb. Absolu-
tio 1. numer. 24. Paragrapho 10. Summa Co-
rona part. 1. cap. 31. de iteran. Confess. Vasquez
de excommunicat. dubio quarto alios citans Hur-
tad. disputatio. 16. difficult. 1. numer. 3. Quod in-
telligendum est, aiunt, esto ignoranter, & in-
culpabiliter recipiatur, non præmissa Censuræ
absolutione.*

Valida est, si nullam in huius Sacramen-
ti receptione culpam commisit. Quia Eccle-
sia

ita solum remouet excommunicatum à Sacramentis illorum perceptionem prohibendo, non autem irritando. Nec vllum est fundamētum iure huius irritationis: quin potius receptū ab omnibus est, reliqua Sacramēta, etiā Matrimonij valida esse ab excommunicato recepta, cū tamen Ecclesia illius receptionem potuerit irritare. Ita Vgol. *tab. 2. c. 7. §. 2. n. 6.* Nauar. *sum. capit. 9. numer. 3. ver. 4.* Medina *Cod. de Confes. question. 18.* Couarad. *Cap. Alma. part. 1. Paragrapho 6. num. 7.* Henriquez *lib. 1. 3. cap. 3. num. 3.* Sayr. *l. 1. capit. 2. 2. num. 14.* Bonac. *d. 2. quest. 3. num. 3.*

276
Hanc pre-
fero senten-
tiam.

Hanc sententiam prefero. Quia non videtur expediens hanc irritationem in Pœnitentiæ Sacramento fieri, vt pote fidelium maximè necessario, præcipue cum hæc irritatio faciendi sit auferendo à Sacerdote iurisdictionem, quod esset Sacerdotem innocentem punire. Dixi autem, *Si nullam in eius receptione culpam commisit.* Eo, inquam, quod ignarus excommunicationis fuerit, vel si illius fuit conscius, postulauit ab excommunicatione absolutionem priusquam à peccato absolueretur: quod tamen Sacerdos vel ex malitia vel ex ignorantia, vel ex inaduerentia non præstitit.

DVBIVM LII.

Sacerdos excommunicatione minori innodatus peccatne lethaliter, Sacramenta ministrans?

277
Nonnulla
præmitto.

PRæter effectum suprà dictum proprium & directum plures Doctores minori excommunicationi attribuant administrationis Sacramentorum priuationem, non quidem per se, & directè: sed indirectè, & in consequentiam. Nam cum huiusmodi excommunicatione adstrictus Sacramentorum receptione priuatus existat, indecens est, si aliis ea Sacramenta conferat, quæ recipere est priuatus. Couar. *ad c. Alma. p. 1. §. 8. nu. 2.* Auila *p. 2. c. 6. d. 12. dub. 3. & alij.* An vero hæc indecentia culpam lethalem constituat, dubitatur?

278
Lethaliter
peccat.

Culpam lethalem constituit. Quia grauis est indecentia Eucharistiam verbi gratiā contingere, & fidelibus ministrare. Sic Syluest. *v. Excommunicatio 4. num. 2.* Armil. *verb. Eodem, num. 21.*

279
Non peccat
lethaliter.

Non constituit lethalem culpam. Quia *c. Si celebrat, de Clerico excommunicato ministr.* de celebrante excommunicatione minori innodato inquit Pontifex *grauiter peccare.* At de conferente Ecclesiastica Sacramenta tantum dicit, peccare, aduerbium *Graviter* omittens. Ita Coninch *disputation. 14. dub. 16. numer. 264.* Vasquez *dubio quarto Sayr. libro secundo capite vigesimo secundo nu. 19.* Reginaldus *lib. 32. numer. 142.*

280
Idē affirmo.

Existimo longe veriorem esse hanc sententiam. Nam si Pontifex vellet sub lethali obligare huiusmodi excommunicatum ab administratione Sacramentorum abstinere, particula *Graviter* etiam vltus fuisset, cum de administra-

tione loquebatur, qua vsus fuit, cum de receptione loquutus esset.

DVBIVM LIII.

Estne veniale piaculum, Sacramenta administrare Sacerdotem, qui excommunicatione minori illigatur?

Non est peccatum veniale. Quia ex vi huiusmodi excommunicationis Sacerdos priuatus non est, vel indirectè à Sacramentorum administratione. Nam in præfato *cap. Si celebrat, de Clerico excomm. ministr.* dicitur, Sacramenta collata ab huiusmodi excommunicato non carere virtutis effectu; quia non à collatione, sed à receptione est remotus. Si autem excommunicatus ea conferens culpam vllam committeret, ab illorum collatione remotus esset, & virtutis effectus carerent. Neque obstat, quod Pontifex dixerit, præfatum excommunicatum peccare Sacramenta conferendo; nam intelligi debet, non quatenus confert, sed quatenus illorum collationi Sacramenti receptionem præmittit. Sic Nauar. *sum. c. 27. nu. 24.* Bonac. *de excomm. d. 2. q. 3. num. 4.* Hurtad. *d. 16. diffi. 1. num. 4.* Henriquez *lib. 13. c. 3. num. 2.* Suar. *d. 24. sect. 2. n. 12.* Filliuc. *tr. 13. num. 22.*

Peccatum saltem veniale est. Non quia minori excommunicatione innodatus lege aliqua Ecclesiastica remotus sit à Sacramento, collatione: sed quia lege naturali ab eorum collatione remouetur, eo quod remotus sit ab eorum susceptione. Ita Castro *Palao de Conf. d. 2. pun. 2. n. 110.* asserens esse communem sententiam.

A qua non recedam etsi contrariam satis probabilem esse existimem. Certe vt huic menti adhæream, ea ratione allicior. Quia indecens admodum videtur aliis Sacramenta conferre, quorum susceptione ipse tanquam indignus est priuatus.

DVBIVM LIV.

Irritane est ipso iure electio ad beneficium, si electus excommunicatione minore innodatus existat?

Sic, secundum effectum indirectum excommunicationis is minoris esse priuationem electionis ad beneficia. Vnde eligens, præfatus, vel cōferens huiusmodi excommunicato beneficiū Ecclesiasticum, & ipse recipiens lethaliter delinquit. Dubito autem an præfata electio, seu collatio beneficii sit irrita? Irrita ipso iure est. Quia personæ indigne, & inhabili beneficiū cōfertur. Et licet in *c. Si celebrat, de Cler. excomm. ministr.* dicatur præfatum electione irritandā esse: id explicandum est de irritatione declaratiua, non de effectiua: debet enim à Iudice irrita declarari. Sic Hostiens. *ad Cap. Si celebrat. & ibi Cardinal. col. ult.* Couar. *ad*

Seçt. II. De Excommunicat. Dubia. 223

ad Cap. Alma p. 1. §. 8. n. 3. Vgolin. de Cens. tab. 3. capit. 6. Parag. 3. num. 1. Nauar. sum. c. 27. numer. 24.

286
Hinc non
est iuris
Non est iure ipso irrita. Quia cum textus in eo Cap. Si celebret, expresse dixerit electionem irritandam esse, nullum est fundamentum, ut intelligatur de irrationis declaratione, cum hæc sit impropria verborum intellectio, quæ vitanda est, quoad fieri possit, maxime cum pœnalem constitutionem restringit. Ita Laym. l. 1. r. 5. p. 2. c. 3. n. 5. Hurtad. d. 16. diff. 1. Filiuc. tr. 13. c. 2. q. 8. Coninch d. 14. n. 263. Tolet. lib. 1. c. 18. §. 1. c. 66. Auila p. 2. c. 6. d. 12. dub. 4. Bonac. d. 29. 3. n. 7.

287
Hinc proba-
bilis esse
ritur.
Hoc probabilius esse censeo, monens hanc irrationem extendi non debere ad temporaria dignitatum electionem. Quia textus non de dignitatibus temporalibus, sed de Ecclesiasticis est locus: ut constat ex illis verbis, Pro eo quod ad suspensionem eligitur, a quorum participatione à Sanctis Patribus est priuatus. At ex vi excommunicationis minoris nemo priuatus est nec immediate nec mediate harum dignitatum regimine: ergo illarum electio irritanda non est, etsi innodato excommunicatione minori facta fuerit.

DUBIVM LV.

Ut electio illius, qui excommunicatione Minori illigatus erat, ad beneficium irritari debeat, necessarium est in electoribus scientiam huius excommunicationis adesse?

288
Hinc est ne-
cessarium.
Necessarium hoc est. Quia textus in Cap. Si celebret, expresse dicit, si scienter talis excommunicatus electus fuerit, eius electio est irritanda. Ergo requiritur scientia excommunicationis ut locum irritati habeat: alias particula scienter superflua esset. Sic Auila p. 2. c. 6. d. 1. r. 2. dub. 4. concl. 4. Hurtad. d. 16. diff. 1. fine. Reginald. lib. 3. n. 143. Valq. dub. 6. m. 12. Gabri. in 4. distinction. 18. quæstion. 3. artic. 3.

289
Hinc proba-
bilis esse
ritur.
Non est necessarium. Quia particula illa scienter potius est addita ad augendam, quam ad limitandam dispositionem: præstatque hanc sensum: Etiam si electio excommunicati scienter facta sit, irritanda est. Nam cum electores excommunicatum elegerunt, electio irritanda est ob surreptionem. At cum consensu excommunicationis elegerunt, non videbatur electio defectum habere, ob quem irritanda esset: ideoque opus fuit Pontificis dispositione. Ita Abbas ad Cap. Si celebret, numer. 7. Cardin. ibi col. ultim. Couar. ad Cap. Alma, parte prima Paragrapho octauo numero tertio Vgolin. tab. 3. capite sexto Paragrapho tertio numero secundo Suar. d. 17. q. 1. r. 5. p. 2. c. 3. fine. Coninch d. 14. dub. 17. fine. Laym. l. 1. r. 5. p. 2. c. 3. fine. Bonac. d. 2. q. 13. n. 15. Filiuc. tr. 13. c. 7. q. 3.

290
Hinc proba-
bilis esse
ritur.
Ego autem etsi vna & altera sententia satis sit probabilis, probabilius existimo, electionem irritandam esse, si facta sit de excommunicationis excommunicato suæ consensio: secus si facta sit de Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DUBIVM LVI.

Simplex Sacerdos potestne, ab excommunicatione Minori absolueret?

291
Potest ab-
solueret.
Absolueret potest. Quia hæc excommuni-
catio regulariter ob culpam venialem contrahitur: Ergo simplex Sacerdos, qui è venialibus quidem potest absolueret, poterit ab excommunicatione minori. Quæ ratio probat, hanc absolutionem ab eo concedi posse etiam, si absoluentis peccatis mortalibus infectus sit. Sic Nauar. sum. c. 27. n. 25. & 29. Vivald. in Candelab. p. 2. r. de excom. n. 12. Tolet. l. 1. c. 17. n. 7. Hurtad. d. 16. diff. 1. fine. Inclinat Armilla o. Absolutio 2. n. 18 & Tabie. n. 5.

292
Absolueret
non potest.
Non potest. Quia C. Nuper, de sent. excom. interrogatus Pontifex, an simplex Sacerdos absolueret ab hac censura posset, respondit, absolueret posse Episcopum proprium, vel proprium Sacerdotem. Ergo manifeste indicauit simplicem Sacerdotem nullam potestatem habere alias non exprimeret, proprium Episcopum vel Sacerdotem, cum ab alieno Episcopo vel Sacerdote hæc absolutio posset obtineri. Porro cum hæc absolutio distincta sit ab absolutione à peccatis pertineatque per se ad iurisdictionem contentiosam, nemini competere potest, nisi ei à iure, vel ab homine potestatem vel iurisdictionem habente concedatur. Atqui simplici Sacerdoti nullibi hæc potestas concessa reperitur. Nā c. Nuper nō alieno Sacerdoti, sed proprio conceditur, proprius autem Sacerdos est, qui à quibusque peccatis sibi subditū absolueret per se potest, non vero qui tantū potest à venialibus. Ita Caiet. sum. v. Absolutio, fine. Sayt. l. 2. c. 23. n. 9. Vgolin. tab. 3. c. 4. §. 5. n. 2. Suar. d. 7. de Cens. sec. 4. n. 17. Coninch. d. 14. dub. 17. fine. Laym. l. 1. r. 5. p. 2. c. 3. fine. Bonac. d. 2. q. 13. n. 15. Filiuc. tr. 13. c. 7. q. 3.

293
Hæc sententia
longe est
probabilior.
Hæc sententia longe est probabilior. Nam ex eo, quod Sacerdoti simplici sit à iure concessa potestas à venialibus absoluendi, inferri non debet, posse ab hac excommunicatione ob peccatum veniale incurra absolueret. Quia late differt hæc absolutio Censuræ ab absolutione à peccatis: alias qui posset à mortalibus absolueret, posset etiam ab excommunicatione maioris eorum causam incurra: quod non est dicendum.

CAPVT XIII.

*Circa Excommunicationes,
quae in Bulla Cœna
continentur.*

DVBIUM LVII.

*An Bulla Cœna Excommunicationes à
iure, non ab homine sint
vocitandæ?*

294
Sunt appel-
landæ à iu-
re non ab
homine.



VNT appellandæ à iure, non
ab homine. Quia mortuo condi-
tore, nō extinguuntur, & ad per-
petuā rei memoriā promulgātur,
& in vi cōstitutionis. Sic Syluest.
v. Excommunicatio 7. n. 76. Naur. summ. Lat.
hic n. 21. Salas de leg. d. 1. sect. 9. n. 62. Bonac. 10.
3. de Cens. in partic. d. 1. q. 1. punct. 5. num. 2. alios
citans.

295
Sunt appe-
landæ ab ho-
mine non à
iure.

Sunt ab homine, non à iure apellandæ. Quia
pro tempore determinato feruntur, noui sci.
licet processus promulgantur cessanteque ea
publicatione facta absque vlla reuocatione.
Ita Sotus in 4. dist. 22. question. 2. art. 3. Suar.
disputat. 21. de Cens. section. 1. numer. 2. Tolet. l.
1. capit. 18. Becan. tract. de fide, capit. 15. quest. 8.
num. 6.

296
Auctoris
resolutio.

Profecto magis videtur de nomine, quam de
re questio, cum constet, ob mortem Pontificis
prædictas excommunicationes vim suam non
amittere: cessare tamen absque vlla reuocatione
ab eo puncto, quo noui processus fuerint
publicati. Placet tamen mihi Sayri l. 3. thesaur.
& Reginaldi l. 9. n. 130. sententia asserentium,
has excommunicationes neque esse propriæ à
iure, cum non sint perpetuæ: ex se, sed absque
vlla reuocatione cessant, noua Bulla expedita:
nec esse propriæ ab homine, cum mortuo con-
ditore, non expirent, sed esse medias inter sen-
tentias à iure, & ab homine latas & de vtra-
rumque natura participare.

DVBIUM LVIII.

De prima
excommu-
nicatione
contra hæ-
reticos.

*Assensus, seu dubitatio interior contra
Fidem si verbis ambiguus, vel indiffe-
rentibus declaratur exterius, estne
excommunicatione prima Bullæ vin-
dicatus?*

297
Nonnulla
suppono.

IN priori Bullæ clausula fulminatur contra
hæreticos ac Schismaticos excommunica-
tio, cui non subiicitur, qui assensum, vel dubi-
tationem pure interiorem habere: neque etiam
si pure sit exterior absque animo recedendi à
fide. Quia excommunicatio fertur aduersus

eos, qui voluntarie à fide exterius recedunt.
At si quis assensum internum, vel dubitati-
onem contra fidem foueat, & exterius cum
verbis ambiguus, ac indifferentibus explicet,
quæsierim, num huic excommunicationi sub-
iaceat?

Subiacet quidem. Quia iam non est pure
interior, cum his verbis licet indifferentibus
explicetur exterius: possunt enim audientes
inde occasionem arripere, ut verba illa ambi-
gua, vel indifferentia in sensum ab hæretico
interne cōceptum accipere. Sic Tolet. l. 1. c. 18.
nu. 5. Sayr. l. 3. thesaur. 4. n. 13. & 21. Chapeauil. in
de casib. referu. p. 2. cap. 1. q. 2. Azor. 10. 1. lib. 3.
c. 10. q. 3.

Non subiacet. Quia ea non est sufficiens
hæresis manifestatio, cum ex vi illius ab Eccle-
sia reputari, indicatiue possit hæreticus. Lessi-
us l. 2. c. 12. dub. 8. n. 128. Bonac. d. 1. q. 2. punct. 2. n.
4. Vivald. in expos. Bul. Cœna, n. 2. & 3. Palao d.
3. punct. 2. n. 3.

Satis hoc probabile esse reor. Arripere enim
aliquā occasionem ex verbis ambiguus, ut in
malum sensum interpretari valeat internum
illum assensum, accidentale omnino est, per se
autem iudico eam non esse sufficientem hære-
sis manifestationem.

DVBIUM LIX.

*Appellantes ab ordinationibus seu man-
datis Pontificis ad Concilium futurum,
non quia Pontifex est, sed quia est rem-
poralis Princeps, ligantur ne excommu-
nicatione?*

APpellantes à mandatis Pontificis non
qua Pontifex est, sed quatenus Princeps
temporalis hoc excommunicatione non ligat-
ur. Quia esto appellantes in causis tempora-
riis Pontifici iniuriā irrogent, si ipse in illis
causis supremus Princeps sit: at cum id ex
Pontificis munere non inferatur necessario,
siquidem potest in illis causis alteri Principi
esse subiectus, utpote qui sub ea cōditione do-
minium temporale concessit: non videtur, sic
appellantes, & iniuriā per accidens inferentes
comprehendere voluisse. Sic Reginald. l. 9. n. 263.
Et probabile reputat Palao de Cens. d. 3. punct. 3.
n. 5. citans Bonacinam.

Excommunicatione ligantur. Quia Ponti-
fex ob iniuriā sibi factam in huiusmodi ap-
pellatione excommunicationem profert. At
iniuriā hæc Pontifici irrogatur per appellati-
onem à quocunque eius mandato: siquidem eū
inferiorem esse Concilio subditumque appel-
lans denotat. Ergo. Ita Bonaci. de Cens. in par-
tic. disp. 1. quest. 3. punct. 2. numer. 3. asserens, hanc
sententiam communiter à Doctoribus appro-
bati, cum huius distinctionis non meminerint,
sed absolute affirmauerint, appellantes à man-
datis Pontificis ad futurum Concilium hæc
excommunicatione illigari. Contestatur Palao
ubi supra.

Eiusdem mentis sum. Nam Pontifex potest
excommunicare non solum appellantes à
suis mandatis, vel ordinationibus quatenus
Pontifex

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 225

Pontifex est, sed quatenus Princeps temporalis. Vti excommunicat pyratas suo in mari Pontificio discurrentes. Ergo censeri id factum esse: & quia in eius fauorem cedit: & quia excommunicatio absque vlla limitatione fertur.

DUBIVM LX.

An appellantes ad Concilium generale præsens, vel ad Provinciale futurum incurrat hanc excommunicationem?

³⁰⁴ Incurrunt quidem. Incurrunt quidem. Quia in hac appellatione eadem est ratio prohibitionis: cum eadem, grauior irrogetur Pontifici iniuria appellatione facta ad Concilium generale præsens, vel ad Provinciale futurum appellaretur: vbi autem eadem est ratio, eadem debet esse dispositio. Sic Gambacurta de excom. Bulla cona. c. 2. n. 1. & alij.

³⁰⁵ Non incurrit. Non incurrit. Quia in legibus penales obrationis identitatem non est extensio ad casum sub verbis legis non comprehensum facienda. At sub appellatione ad futurum Concilium vniuersale præsens, nec Provinciale futurum, cum sint omnino distincta: ergo appellationes ad hæc Concilia, ea excommunicatione non puniuntur. Ita Palao tr. 3. de legib. d. 5. pun. 3. §. 4. & d. 3. de censur. pun. 3. n. 6. Sayr. l. 3. thesaur. c. 6. n. 4.

³⁰⁶ Hanc eligo sententiam. Hanc eligo sententiam. Cui non obesse putarim, eandem, vel grauiorem iniuriam irrogari Pontifici, ac irrogatur appellatione ad futurum generale Concilium. Quia id solum probat, potuisse Pontificem præfatam appellationem excommunicatione punire, non tamen conuincit, id de facto voluisse. Quod si rogetes, cur excommunicatione percussit ad Concilium vniuersale appellantes, non autem appellantes ad præsens generale, aut Provinciale futurum? Respondeo, quia hæc appellatio frequentior est, eaque schisma in Ecclesia frequentius introduci-
tur.

DUBIVM LXI.

³⁰⁷ Tertia cō-
tra pyratas. *Necessariumne est aliquam depredationem à pyratas committi, vt excommunicationem contra eos latam incurrant?*

³⁰⁸ Tertia fertur excommunicatio contra pyratas, cursarios, ac latrunculi discurrentes per mare Pontificum, præcipue à monte Argentario vsque ad Terracinas. Quæstio-
nim itaque, num sit necessarium huiusmodi pyratas aliquam agere depredationem, vt excommunicatione hac percussantur?

³⁰⁸ Necessarium non est. Quia actio sub censura prohibita maritimus decursus animo depredandi: alias si depredatio, mutilatio, Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

vel occisio necessaria esset, vti in Bullis Iuli II. & Gregorij XII. erat expressum, vt quid à Clementis VII. tempore hæc actiones & Bullis essent expunctæ? Sic Toiet. lib. 1. capit. 20. num. 9. Bonacin. tom. 3. de excom. in partic. d. 1. ques. 4. punct. 2. Duard. hic. lib. 1. q. 4. numer. 2. Graf. part. 1. decis. lib. 4. capit. 18. num. 67. Vgolin. hic. capit. 3. Parag. 1. num. 1. Reginal. lib. 9. num. 265.

Est necessarium. Quia vsque dum latrocinium maritimum occisionemne comitant, pyratæ, ac latrones maritimi propriè vocitari nequeunt, Pyratæ enim, & latrones non ab intentione depredandi, sed à prædatione ex officio facta denominationem recipiunt, teste Calep. verb. Pyratæ. Ita Caiet. verb. Excommunicatio, capit. 18. Sayr. libr. 3. thesaur. capit. 7. numer. 4. & alij relati ab Vgolino citato.

³¹⁰ Hanc sententiam existimans, verba illa Bullæ, *Mare nostrum discurrentes*, consensenda esse posita ad præcedentia, ita vt sensus sit: Excommunicamus omnes pyratas, cursarios, & latrunculos discurrentes mare nostrum, id est, qui mare nostrum discunt. Vnde cum pyratæ, cursarij, & latrunculi non sint ante depredationem, hæc excommunicatione contra pyratas lata non afficiuntur, tamen si eo animo discunt. Quod vero Pontifices prædictas actiones depredationis, mutilationis, ac occisionis in aliis antiquioribus expressas omiserint, id videtur factum, quia ea expressio necessaria non erat; quidem expressio pyratæ nomine satis subintelligebantur.

DUBIVM LXII.

Spoliatus infidelium nauim à Christianis affecuratam, subiiciunturne huic excommunicationi?

³¹¹ Subiiciuntur plane. Quia censendi sunt Christianos spoliare, penes quos stat periculum rei affecuratæ. Idemque dicendum, casu quo à Christiano Principe securitatis priuilegium concessum esset. Quia cedit ea depredatio in damnum & iniuriam Christiani Principis, sitque contra summi Præfalis intentionem. Sic Bonac. de Bul. cona. d. 1. q. 4. pun. 1. num. 13.

³¹² Non subiiciuntur. Quia depredantes nauim, & merces infidelium, etsi affecuratæ à Catholicis sint, dici nequeunt Catholicos depredari: cū bona Catholicorum non depredentur, neq; ad Catholicos pertinentia: ergo excommunicatione non incurrit. Ita Fill. tr. 16. n. 90. Duard. l. 2. in hanc Bul. q. 5. in resp. ad 3. argum. Suar. d. 2. l. 2. n. 2. & alij.

³¹³ In vtroq; casu existimo hoc dicendū. Fateor enim eā depredationem in Catholici Principis seruitutē concedentis, & in iacturam fidelium affecurationem præstantium cedere. Sed quia huiusmodi damnum per accidens est, neque ex vi depredationis infidelium necessario secutum: ideo non videtur sufficiens ad hanc Censuram inducendam: maxime cum

T 3 cum

com excommunicatio non aduersus inferentes damnum Christianis, sed aduersus eos, qui Christianos deprædantur, sit ista tuta.

DVBIVM LXIII.

Quarta contra surripientes bona naufragantium bona. *Auxiliares eos, qui bona naufragantium surripiunt, vel consulentes sunt-ne quarta huic excommunicationi subiiciantur?*

314 *Nonnulla recolo.* **R**ecolo, debere esse surreptionem in mari, aut in eius littore contingentem: bona que iactata esse in mare, vel in litus, intentione quidem ea recuperandi: bona autem esse Catholicorum: personas autem, in quas excommunicatio fertur, esse omnes, & singulos cuiuscumque qualitatis existant, prædictâ surreptionem committentes. Iam requiro, nū auxiliâtes, vel consulentes huic censuræ subiiciantur?

315 *Subiiciuntur.* Subiiciuntur auxilium ferentes. Quia verè surreptioni cooperantur. Consulentes autem fortè non subiiciuntur. Quia non tam immediate cooperari videntur. Sic Suar. d. 21. sect. 2. n. 32. Filliuc. tr. 16. n. 101.

316 *No subiiciuntur.* Non subiiciuntur auxilium ferentes, consulentes, mandantes. Quia cum Pontifex vult, fautores, & receptatores comprehendere, illos exprimit. Cum ergo in præsentem eos non exprimat, censendus est, eos comprehendere noluisse. Ita Vgolin. hic, c. 4. §. 2. vers. 10. Duard. g. 23. n. 44.

317 *Hoc mihi probabilius.* Abnego consulentem, mandantem, ratum habentem, & ferentem auxilium hanc excommunicationem incurrere. Quia ultra verborum proprietatem extensio in legibus maxime penalibus faciendâ non est. At consulens, mandans, ratam habens, surreptionem non præstat, nec surreptor propriè est, sed surreptoris motor, & approbator. Et idem dixerim de auxiliante, quatenus talis est. Quia esto, per actionem physicam surreptioni cõcurrat, cum ipse res naufragantium non surripiat, sed alteri, ut surreptionem præstet, auxilietur, excommunicatione lata aduersus surreptores ligati non potest.

DVBIVM LXIV.

Quinta contra imponentes, vel augentes noua pedagia & gabellas.

318 *Non subiiciuntur.*

Subiicitur huic excommunicationi, qui potestatem habet gabellas imponendi, licet iniustas imponat?

Non subiiciuntur. Quia ea gabellæ impositio prædictis est permessa, tametsi ex cellus permixtus non sit. Cum ergo Pontifex excommunicat nouas gabellas imponentes extra casus permixtos: intelligi debet excommunicare imponentes eas absque potestate, & iurisdictione: non vero qui stante iurisdictione, ac potestate iniustas imponunt. Profecto imponentes gabellas iniustas in causa & modo

impositionis excedunt, non vero in iurisdictione, ac potestate: unde dici non debent imponere gabellam extra casus permixtos: sed extra causam sibi permixtam. Sic Nauar. summ. c. 27. n. 21. Vgolin. hic, §. 3. vers. 4. Tolet. l. 1. c. 2. n. 9.

319 *Subiiciuntur.* Subiiciuntur plane qui iniustas gabellas imponunt. Quia stante gabellæ iniustitia, ius non permittit, neque permittere potest illius plane impositionem: ergo ea impositio est extra casus minime permixtos. At Pontifex absolute excommunicat imponentes noua pedagia, seu gabellas præterquam in casibus sibi à iure, vel à Sede Apostolica concessis absque vlla limitatione: ergo prædictos imponentes comprehendit. Ita Graf. p. 1. decis. l. 4. c. 18. n. 80. Suar. d. 21. sect. 2. n. 37. Duard. hic l. 2. g. 6. Bonac. d. 1. de Bul. Cont. g. 6. p. n. 3. n. 6. Palao de cens. d. 3. p. n. 6. n. 7. credens hanc sententiam esse probabiliorē.

320 *Primum sententiam.* Ego autem credo probabiliorē esse primam. Quia Pontificis finis in hac excommunicatione non videtur fuisse iniustitias Imperiorum Principum cohibere, sed auariciam particularium Ducum, & Marchionum tentantium suis vasallis tributa alia imponere præter ea, quæ sibi à iure, vel à Sede Apostolica sunt permixta.

DVBIVM LXV.

Qui imponit gabellam ex se iustam, sed personis exemptis, nempe Clericis, alijsque privilegiatis, subiicitur huic excommunicatione?

321 *Non subiicitur.* Non subiicitur. Quia hæc habellæ impositio absolute & simpliciter permixta est, ut non sub potestate ex causa iusta, tametsi in modo iniusta sit, ob personarum, quibus imponitur, exemptionem. Sic Suar. d. 21. sect. 2. n. 33. Reginald. lib. 9. num. 276. Graf. part. 1. decis. lib. 4. cap. 18. n. 84.

322 *Subiicitur.* Subiicitur plane. Quia tributum impositio est obligatio soluendi id aliquibus imposita. Si igitur hæc obligatio iis imponatur, qui ab ea exempti sunt, iniusta est, & extra casus permixtos impositio: ergo sub hac excommunicatione continetur. Ita Bonac. hic, d. 1. g. 6. p. n. 3. numer. 7. Duard. quest. 6. numer. 16. Tolet. lib. 1. cap. 22. numer. 12. Molina tomo secunda disputatione 670.

323 *Exempti.* Hanc sententiam probabiliorē esse reor. Nam si Graffius, & Suarius censuræ excommunicatione ligari tributum ex parte causæ iniustum imponentes: idem censere deberent de imponentibus tributum iniustum ex parte personarum: cum parum referat, quæ ex parte iniustitiae contingat: nam ea posita, tributum est extra casus permixtos.

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 227

DUBIUM LXVI.

*Inducitne hanc excommunicationem
quolibet litterarum mu-
tatio?*

Sexta con-
tra falsifi-
cant. A-
postolicas
litteras.

324
Non indu-
cit.

Non inducit levis mutatio, verbi gratia, si mutatio geratur in litteris iustitia nulum, vel leue damnum parti, aut fisco inferens. Quia videtur excusare materia leuitas. Nam falsificatio, ob damnum, quod ex falsitate evenit, prohibetur. Cum igitur ex tali falsitate nulum, vel leue damnum parti, aut fisco proueniat, non videtur peccatum mortale, & consequenter Censuram quis incurere. Sic nonnulli, quorum mentem videtur Castro Palao rectam existimare, dum contrariam sententiam rectiorem appellet. *disput. 3. de Censur. punct. 7. numer. 4.*

325
Inducit
quidem.

Inducit quidem. Quia falsificatio litterarum non tam ob damnum parti, aut fisco illatum prohiberi censenda est, quam ob iniuriam Pontifici expedienti litteras factam, cuius auctoritas falsificatione contemnitur. Ita Palao citatus, & Bonac. in *presenti. d. 1. qu. 7. punct. 2. numer. 5.*

326
Hoc dicen-
dam existi-
mo.

Hoc dicendum existimo. Nam immutare aliquid in litteris gratia, dispensationibus, & indulgentiis, est contra Censuram huius præscriptum, & tamen in nullius damnum cedunt. Quis autem asserat, excommunicatione non percui, qui huiusmodi litteras immutauerit. Igitur quod parti, vel fisco damnum non inferatur ab huius Censuræ incurfione non excusat.

DUBIUM LXVII.

*Si in litteris Apostolicis correctio, vel im-
mutatio fiat iuxta Pontificis mentem:
eritne falsarius, huic Excom-
municationi subiectus?*

327
Quæstio
parua.

Exempli gratia. Supplicatio facta est pro dispensatione in consanguinitate, & Notarius apposuit loco consanguinitatis affinitatem. Vel supplicatio facta est pro impedimento secundi gradus, & tamen litteræ per errorem expeditæ sunt pro tertio: cum tamen Pontificis intentio fuerit in consanguinitate, & in gradu secundo dispensare. Quæsierim itaque, an correctio hæc falsitatem inducat, & Censuram?

328
Falsarius
non censu-
ratur.

Falsarius ille erit Censuræ subiectus. Quia falsarius vere litterarum Apostolicarum sensum immutat: neque mens Pontificis est, ut error ille à Notario commissus per aliam, quam per Notarium corrigatur: alias liceret novas litteras conscribere, sicut licet scriptas emendare. Sic Suarez *disputation. 21. sectio. 2. numer. 47.* Alterius libro 5. *disputatione 7. capit. 2. proposit. 2.*

329
Iudicet.

Nec falsarius erit, nec Censuram incurret. Quia illa verborum mutatio comparatione

Pontificis mutatio non est, cum eius intentio, & concessionis sit conformis. Ergo falsitatem inducere non potest. Etenim mutatio sensus non tam est attendenda secundum verba materialiter posita, in ipsa Bulla, quam secundum intentionem Pontificis Bullam expedientis. Ita Sayr. l. 3. *thes. c. 10. n. 12.* Vgol. *hic. §. 2.* Reginald. l. 9. n. 288. Bonac. in *presenti. d. 1. quæstion. 7. punct. 2. fine.*

331
Verius hoc
mibi.

Verius hoc duxerim. Nam si licitum est errorem manifestum scriptoris emendare sensu retento: cur non licebit errorem commissum contra mentem, & intentionem Summi Præfatis: Præterea litteræ sic correctæ cum Pontificis intentioni conformes sint, veræ, & non falsæ sunt appellandæ: ergo sic corrigens falsarius esse non potest, sed veri sensus, & mentis Pontificis restitutor. Secus vero est dicendum de eo, qui integras litteras fabricaret. Quia illæ litteræ, utpote à Pontifice non expeditæ supposititæ, ac falsæ existunt.

DUBIUM LXVIII.

*An sub hac prohibitione comprehendan-
tur vestimenta, pecunia, &
victualia?*

Septima
contra de-
ferentes
arma, &c.
ad infide-
les.

332
Non com-
prehendun-
tur.

Non comprehenduntur. Quia armis, & aliis bellicis instrumentis Christiani ab infidelibus oppugnantur: non vestimentis, pecuniis, ac victualibus, quæ per se ad præliandum non deserviunt: sed ad alios vsus. Neque obest, in ea clausula excommunicari præstantes auxilium, & fauorem infidelibus. Quia id debet intelligi de auxilio per monitionem, delationemque armorum, aliarumque rerum, quibus sit oppugnatio: non de auxilio illis in rebus, quæ per se bello non deserviunt, sed aliis sunt vsibus accommodatæ. Sic Panorm. ad c. *Significauit, de Iudeis.* Caiet. v. *Excommunicatio, c. 20.* Naua. ad c. *Ita quorundam, de Iudeis, notab. 10. n. 13. 34. & 37.* Sayr. l. 3. c. 11. n. 12. Tolet. l. 1. c. 26. n. 10. etiam bello ingruente.

333
Comprehen-
duntur.

Comprehenduntur equidem. Quia sub illis verbis generalibus, *Et alia huiusmodi* additis in clausula hæc hæc videntur comprehendi maxime cum hiis rebus quomodolibet præstatum fauor, & auxilium Christianæ hostibus Religionis. Ita Bonac. tom. 3. de *Censur. Bull. d. 1. q. 8. punct. 2. numer. 4.* Suarez d. 21. *sect. 2. numer. 56.* & alij.

334
Probabilis
hoc mibi.

Existimo, hanc sententiam esse probabilio-rem, si vestes, pecuniæ, merces, ac victualia transferantur tempore quo infideles inimici nostri uti valeant in Christianæ Religionis iacturam. Nullum enim auxilium bello aptius est, quam pecunia, merces, ac victualia. At in ea clausula videntur excommunicari omnes auxilium, consilium, vel fauorem inimicis Religionis nostræ præstantes.

D V B I V M L X I X .

Incurritne Censuram hanc, qui arma, equos, reliquave in hoc Canone vetita ex uno loco infidelium ad alium, vel ex unius infidelis Principis dominio, in dominium alterius infidelis defert?

335
Non incurrit.
rit.

Non incurrit. Quia ea non est ad infideles armorum delatio, cum absolute ea arma apud infideles existerent, parique refert quod hi, vel illi sint infideles. Sic Sylvest. verb. Excommunicatio 7. num. 64. Tabiena verb. eodem 6. nu. 7. Alterius hic, disp. 8. cap. 2. fine. Filiucius tract. 4. num. 132. Et alij, quos refert Sayr. c. 21. numer. 29.

336
Incurrit
quidem.

Incurrit plane. Quia vera est delatio ad infideles in damnum Christianorum. At auxiliâtes fauētēque infidelibus in damnum Catholicæ Religionis hac Censurâ comprehenduntur. Negari verò non potest, mediâ illâ delatione auxilium infidelibus præstari. Ita Nauarr. ad cap. Ita quorundam, de Iudeis, notab. 6. num. 27. Sayrus lib. 3. cap. 11. num. 19. Toletus lib. 1. cap. 23. num. 6. Reginaldus lib. 9. num. 300. Bonacin. hic, disputation. 1. quest. 8. punct. 2. numer. 17.

337
Auctoris
resolutio.

Primum sententiam veram esse existimo casu, quo ex præfata delatione grauius damnum Christianis non imminet; nam eo casu delatio, quæ solum ob damnum, quod Christianis potest inferri, prohibetur, hac Censurâ non punitur. At si ea armorum delatione grauius damnum Catholicis patitur, quàm paterentur illis non delatis, verius iudico eam delationem sub hac Censura contineri. Quia verè est armorum delatio ad infideles in Christicolarum damnum.

D V B I V M L X X .

Huicne Censura subest, qui in terris Principi Christiano subiectis, arma infidelibus vendit?

338
Non subest.

Non subest. Quia transmissio, quæ hac Censura prohibetur, est, quæ fit ad infideles. At venditio facta infidelibus in Christianorum terris, non est proprie ad infideles transmissio, cum non possint infideles illis armis in damnum Christianorum libere ibidem vti. Sic Nauarr. ad cap. Ita quorundam, de Iudeis notab. 8. num. 41. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 23. quest. 7. Toletus lib. 1. cap. 23. num. 5. Sayrus lib. 13. cap. 11. num. 26. Gambacur. casu 7. numer. 18.

339
Subest qui-
dem.

Subest equidem. Quia Bulla non requirit, ut arma transferantur ad infidelium terras, cum translationem ad infideles nullo superaddito verbo prohibuerit. Neque obest, quod ipsi ibi

dem non possint Christianos oppugnare. Satis enim est, quod possint in terras infidelium translati. Ita Vgol. hic, verb. Illis, num. 4. Duard. q. 7. m. 3. Bonacin. in præfati, d. 1. q. 8. par. 2. nu. 31. alios citans.

Cum his opinor. Quia solum per accidens infideles ibi ab impugnatione infidelium impediuntur, scilicet ob protectionem, & potentiam Christiani Principis. Per se vero, ex concessioneque armorum illis facta optime possent ibidem Christicolos oppugnare. Nulla ergo causa est, ob quam ea venditio hac Censurâ non afficiatur.

D V B I V M L X X I .

*Catholicus Princeps bellum iustum cum alio Principe Catholico gerens, potestne infideles, adiuuare, & eisque in sui auxilium arma ex-
hibere?*

Non potest ex Bullæ præscripto. Quia hæc est armorum translatio ad infideles in Christianorum damnum, quos sunt oppugnaturi. Illisque armis concessis ut infideles possint in Christianorum aliis in terris aliquando perniciem. Sic nonnulli docti Theologi, quos consului. Et probabile iudicat Castro Palao de Censur. disputation. 3. punct. 18. numer. 13.

Potest quidem excluso scandalo, Quia ea armorum concessio etsi cedat in damnum Principis oppugnati, illique subditorum: at absolute cedit in utilitatem, & commodum Christianæ Religionis, cum cedat in defensionem, & auxilium Principis Christiani iniuriam patientis, & subuersionem Principis iniuriam irrogantis. Ita Alterius tom. 1. libr. 5. disputation. 8. cap. 5. dub. 7. Duard. hic, lib. 2. cap. 7. quest. 36. num. 18. Bonacin. in præfati, d. 1. quest. 8. punct. 4. numer. 10.

Suppono, Catholicum illum Principem bellum iustum contra alium Catholicum Principem gerere ob iniuriam, qua per illum afficitur, & in eo casu longe probabilior secundam reputo sententiam. In hoc enim casu ea armorum traditio nedum est dicenda cedere in Principis oppugnati damnum, sed potius in illius utilitatem, utpote qui impeditur ab iniustitia, alienique iuris usurpatione.

D V B I V M L X X I I .

Sub hac Censura comprehenditurne tabellarius deferens litteras infidelibus, secretum Christiana Reipublice continens, cum ipse probabiliter conscius est iniquitatis?

Suppono, notitiam præsentem infidelibus de statu temporali Christianæ Reipublice in hanc etiam Censuram incurere. Sed dobitarim, num tabellarius conscius aliquem litteris secretum aliquod referare infidelibus, comprehendenda

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 229

prehendatur in hac clausula, si huiusmodi literas infidelibus deferat?

345 *Comprehenditur.* Comprehenditur quidem. Quia moraliter censetur reuelare secretum, sicut censetur comburere, qui applicat ignem. Sic Suarius *disp. 21. sect. 2. n. 58. Vgol. hic, verb. Nec non illos, Duard. can. 7. q. 3. n. 1. & q. 3. n. 16. Bonac. 10. 3. de Cens. d. 1. q. 8. p. 1. sine.*

346 *Non comprehenditur.* Non comprehenditur. Quia cum reuelatio sit quaedam manifestatio, & loquutio, nullatenus a tabellario litteras sigillatas deferente praestatur. Non enim ipse reuelat, sed reuelationem deferat. Ita nonnulli, quorum sententiam approbat Castro Palao de *Cens. disp. 3. puncti 8. numer. 19.*

347 *Hanc eligo mentem.* Hoc teneo. Nam ignem applicans, dicitur comburere; quia ignis solum physice, non moraliter combustionem praestat. At litteras mittens, & physice, & moraliter secretum reuelat, unde reuelationem deferens ab hac denunciatione reuelantis potest excusari, & ab excommunicationis incurione.

DUBIUM LXXIII.

Reuelans secretum Christianae Reipublicae fidelibus, quos credit infidelibus reuelaturos, comprehenditurne sub hac Censura?

348 *Comprehenditur.* Comprehenditur quidem. Quia verè infidelibus moraliter saltem mediata censetur secretum reuelare. Sic Vgol. *hic, vers. Secundum officium, Duard. can. 7. q. 3. n. 2. & q. 3. n. 2. Alterius l. 5. d. 8. c. 10. Bonac. d. 1. de Cens. Bull. q. 8. p. 1. r. 4.*

349 *Non comprehenditur.* Non comprehenditur. Quia in ea clausula solum puniuntur reuelantes per se, vel per alios statum Christianae Reipublicae infidelibus. At sic fidelibus reuelans, nequaquam dici potest infidelibus per se, vel per alios reuelare, cum ipsi fideles reuelantes nomine proprio reuelent: non autem nomine prioris reuelantis, qui nunquam ipsis reuelationem demandauit. Ita Suar. *d. 21. sect. 2. n. 58. Palao de Cens. disp. 3. puncti 8. numer. 20.*

350 *Prima sententia ad hanc.* Hanc sententiam probabiliorē esse meus Ferdinandus de Castro esse credit, sed eius venia, hoc ego de opinione prima crediderim. Nam sciens fidelem, cui secretum reuelat, id infidelibus reuelaturum, quasi immediate proculdubio reuelat. Quemadmodum qui litteras secretum Christianae Reipublicae continentes tabellario deferendas tradit. Secretum ipse immediate reuelat. Quod si dicas scribenti litteras tribuendam esse secreti reuelationem, quia ipse tradit litteras, ut reueletur: qui autem secretum fidei reuelat, non ideo id ei referat, ut reuelet infidelibus: respondeo eo ipso quod credit secretum illud à fidei postea reuelandum, censendum esse ipsum reuelare; quia debuit secretum non referare ei, quem credebatur infidelibus manifestaturum.

DUBIUM LXXIV.

Ob periculum vitae, alteriusve grauissimi damni excusanturne consules, & fauētes infidelibus in Christiana Reipublica damnum?

351 *Questionis status.* Scio, tertiam actionem quae in hac clausula prohibetur, esse auxilium, consilium, & fauorem infidelibus in damnum Christianae Reipublicae praestitum. Quaeritur itaque an ob periculum vitae, vel grauissimi incommodi excusetur, qui huiusmodi praestiterit actiones?

352 *Non excusatur.* Non excusatur. Quia bonum commune privato debet antefieri, ad quam antepositionem praestandam iure naturae debitam insit Pontifex Censuris compellit. Sic Reginaldus *lib. 9. cap. 18. numer. 299. Sanchez lib. 1. Decalogi cap. 7. numer. 18. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 18. numer. 123. Suarius disputation. 21. sect. 1. n. 2. numer. 60. Molina tom. 1. de iustit. disputation. 115. conclusio. 4.*

353 *Excusatur.* Excusatur quidem. Quia esse consulens fauēque infidelibus in damnum Christianae Reipublicae à peccato non excusatur: credendum tamen à Censura excusari eum ex Ecclesiae pietate praesumi possit, nolle cum tanto incommodo proprio fidelem communi consulere. Manuel. in *expf. Bullae, Paragraph. 9. numer. 85. Azorius tom. 1. lib. 2. cap. 7. question. 6. Navarra de rescriptis lib. 1. cap. 4. dub. 4. Corduba summae question. 137. Nauarr. ad cap. Ita quorundam, de Indictis, notab. 8. numer. 26. Sayrus libr. 3. capit. 11. numero 18. Palao disputation. 3. puncti 8. numer. 22.*

354 *Auctoris resolutio.* Fateor pietati Ecclesiae consonum esse voluntatem non habere, ut qui ob vitae periculum fauorem infidelibus praestat, hac excommunicatione non innodari. Sed cum non constet de pia Ecclesiae voluntate, & ex alio capite certum sit debere quemlibet vitam exponere, ne Ecclesiae graue damnum obuēniat: probabilius existimo eum, qui sub graui piaculo tenebatur cum periculo vitae Ecclesiae incolumitati consulere, id omittentem hac Censura simul innodari.

DUBIUM LXXV.

Impediens pergentem ad Romanam Curiam, deferentemque victualia in proprium usum, vel in usum particularis personae inibi commorantis, inciditne in hanc Censuram?

355 *Octaua contra impediētes, ne Romanae Curiae victualia deferantur.*

355 *Nonnulla suppono.* **L**ata est excommunicatio in utilitatem, commodum, fauorem, & honorem Romanae Curiae, ne scilicet rebus, quibus indiget, destituatur. Vnde aduersus hanc constitutionem delinquentes ultra iniustitiam, quam perpetrant, sacrilegi sunt, utpote offendentes Ecclesiam.

fiaticum tribunal, quod maxime ex Ecclesiasticis personis coalescit. Personae aduersus quas fertur excommunicatio, sunt omnes, & singuli cuiuscumque dignitatis etiam Imperialis, & Regalis victualia, vel alia necessaria Romanae Curiae impediens, illorumque defensores siue per se, siue per alios. Materia est, impedire siue dolo, siue per vim, ne victualia ad Romanam Curiam deferantur. Quaeritur itaque, an impediens pergentem Romanam, deferentemque victualia in proprium usum, vel in usum particularis personae in Curia commorantis, in hanc incidat excommunicationem?

356
Incidit, si ille, cuius victualia impediuntur curialis sit.

Incidit plane si impediatur victualia in usum alicuius curialis adlata. Quia ex eo quod ea victualia alicui curiali deferuntur, censenda sunt Curiae Romanae deferri, cum Curia ex hominibus ad tribunal Pontificis pertinentibus coalescat. Si vero ea victualia quis deferat in proprium usum, vel in usum alterius personae, quae curialis non sit, minime in excommunicationem incidit. Quia ea victualia non possunt dici, ad usum Romanae Curiae adduci. Sic Bonacin. de Censur. Bull. disp. 1. quest. 9. punct. 2. num. 10. & 12. Constat ex illis clausulae verbis: *Qui victualia ad usum Romanae Curiae adducunt.*

357
Non incidit.

Non incidit, etiam si sit Curialis is, ad cuius usum victualia deferuntur. Quia determinata persona illa Curiam principaliter non constituit, & verba legis maxime penalis strictè sunt accipienda. Quapropter necessario requiritur, ut deferens victualia non determinet personas in quarum usum debeant deferri, sed absolute deferat ad locum Romanae Curiae, ut in usum illorum, qui Curiam constituunt, deferantur: non quidem ut omnibus collectivè deferantur (id enim raro posset contingere,) sed ut omnibus diuise his, vel illis. Ita Vinald. hic, num. 74. Sayrus lib. 3. thesaur. cap. 12. num. 4. Duard. lib. 2. can. 8. qu. 10. num. 6. & 18. Reginaldus lib. 9. numer. 307.

358
Idem defendo.

Idem defendo adiiciens, non ob quorumlibet victualium impediitionem hanc Censuram contrahi, sed oportere grauem esse quantitatem. Quae autem haec sit arbitrio prudentis est decidendum, tum spectato fine praecepti, scilicet, ne Curiae Romanae defint, quae eius vsui sint necessaria, tum spectata rerum, quae deferuntur, qualitate. Porro qui impedit victualia, quae quis in proprium usum deferat ad curiam, non innodatur hac Censura non enim deferens potioris debet esse conditionis alio determinato curiali.

Nona contra eos, qui offendunt accedentē ad Romanam, vel ab ea recedentē, vel in ea commorantem.

DVBIUM LXXVI.

Vt hac Excommunicatio contrahatur, sufficere offendere accedentem ad Pontificem causa alicuius negocij temporarij expediendi pertinentis ad Pontificem, sed qua Dominus est temporalis?

359
Statim quationis.

Nona Censura lata est contra omnes illos, qui sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent venientes

ad Sedem Apostolicam, vel recedentes ab eadem. Dicitur autem accedere ad Sedem Apostolicam, qui causa alicuius negocij ad Sedem Apostolicam pertinentis quis deueniat: verbi gratia, si veniat causa alicuius litis, cuius decisis a Pontifice, vel eius officialibus sit gerenda. Vel causa soluendi Pontifici tributum decimas vel alicuius beneficij, privilegij, gratiae, aut dispensationis impetrandae. Secus si ob aliam causam illuc accedat. Quia verba legis formaliter ac rigore sunt accipienda. Hinc quaeritur, an ut quis hanc Censuram contrahat, sufficiat offendere accedentem ad Pontificem causa alicuius temporarij negocij expediendi pertinentis quidem ad Pontificem, non qua Pontifex est, sed qua Dominus est temporalis?

Non sufficit. Quia verba legis maxime penalis strictè sunt accipienda. At nomine Sedis Apostolicae non venit Pontifex quatenus temporalem obtinet iurisdictionem, siquidem, hac seclusa, Pontifex est, & Sedem Apostolicam habet: sed quatenus spiritali gaudet iurisdictione: ergo qui ad Pontificem accedit, quatenus temporariam iurisdictionem habet, non est censendus ad Sedem Apostolicam accedere, neque hanc Censuram contrahere. Sic Alterius in praesenti, dissertation. 18. cap. 2. dubio 4.

Sufficit quidem. Quia esto, sub nomine Sedis Apostolicae, si strictè sumatur, non intelligitur Pontifex, quia Dominus temporalis est, ut dicitur, probat primae sententiae ratio. At si Sedes Apostolica pro Curia Pontificis accipitur, Pontificem comprehendit non solum quatenus Pontifex est, sed & quatenus est temporalis Dominus; quia secundum utramque iurisdictionem tribunal constituit. Ita Duard. hic, question. 1. numer. 2. Bonacin. de Censur. Bull. dispensation. 1. question. 10. punct. 1. numer. 2. Filiucius tractat. 15. numer. 139. & tractat. 16. numero 164.

Probabilius hoc mihi. Quia in hac constitutione nomine Sedis Apostolicae Curia intelligitur Romana, ut constat ex illo relatio inferius posito, in eadem Curia, quo indicatur, antea de Curia sermonem esse, ac proinde sub nomine Sedis Apostolicae Curiam esse subintellectam.

DVBIUM LXXVII.

Ad hanc Censuram incurrendam requiriturne offensio ad Sedem Apostolicam animo accessus huiusmodi impediendi?

Requiritur ad hanc Censuram incurrendam, ut quis offendat accedentem ad Sedem Apostolicam, eo quod ad eam accedit, seu plane ex animo impediendi accessum ad Apostolicam Sedem. Quia cum hac Censura lata principaliter sit Apostolicae Sedis in fauorem, & secundario in fauorem eorum, qui ad ipsam accedunt: non censendi sunt hac excommunicatione illigari, qui non ipsam Sedem, sed ipsos accedentes principaliter offendunt. Sicut, quia censura aduersus haereticorum receptatores principaliter lata est in haereticos derelictionem,

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 231

tionem, non incurritur, nisi receptio sit hæretica, quatenus talis est. Sic Caietan. *verb. Excommunicatio, cap. 1. §. Duard. can. 9. num. 2. & can. 10. question. 10. Gambart. hic, capit. 9. numer. 1.* Vnde si accedentem ad Sedem Apostolicam interficiat, spoliat, diuexans animo iniuriam tibi factam vindicandi, & non ex intentione impediendi accessum ad Apostolicam Sedem, hac excommunicatione non illigatur.

364 Non requiritur. Id non requiritur, sed quacumque quis intentione accedentem ad Apostolicam Sedem diuexet, hac Censura percutitur. Quia licet excommunicatio hæc lata sit in Sedis Apostolicæ fauorem, tamen hic fauor media protectione accedentium ad Sedem obtinetur, ob quam causam primò, & per se, ac directe eorum vexatio interdicitur. Ita Vgolin. *hic, cap. 9. §. 1. numer. 3. Vivald. hic, num. 81. Bonacin. in presenti, disputation. 1. question. 10. punct. 2. num. 13. Alterius disputation. 11. cap. 1. sine, Reginaldus lib. 9. num. 309.*

365 Hanc eligo sententiam. Nam fauor illius protectionis non restringitur ad vexationem sub hac vel illa intentione factam, cum ex qualibet intentione contingit, ut Sedi Apostolicæ præiudicium eveniat. Secus vero est in receptantibus hæreticos ex alio fine ab hæresis fauore. Quia secundario excommunicantur, & ex ea receptione non per se sequitur hæresis promotio.

DVBIVM LXXVIII.

Hac Censura extenditurne ad eos, qui infideles ad Sedem Apostolicam accedentes diuexant?

366 Non extenditur. Quia ipsi infideles, si Catholicos diuexarent in excommunicationem non inciderent: ergo neque Catholici ob eorum vexationem incidere debent. Verum non est æquam Ecclesiis suis legibus, & pœnis eos protegere, qui vel ipsam oppugnant, vel saltem eius obedientiæ sese submittere recusant. Ob quam causam pyratas bona infidelium rapientes excommunicatione aduersus pyratas lata excusari non dubito. Sic Farinac. *de carcerib. quest. 10. 28. numer. 68. Covarruias lib. 2. variarum capit. 10. numer. 11. Duard. lib. 2. de Censur. Bulla, can. 9. question. 24. Gambart. de immunit. Eccles. libro quarto, capite septimo, & octauo.*

376 Extenditur eundem. Quia Censura hæc non tam est lata in fauorem venientium ad Sedem Apostolicam, quam in ipsius Apostolicæ Sedis fauorem, & autoritatem, quæ proculdubio crescit, quo plures illuc confluunt, negotia expedituri. Syluest. *verb. Excommunicatio 3. numero 2. Bonacin. de Censur. Bull. disputation. 1. question. 10. punct. 2. numer. 12. Alterius disputation. 10. caput 2. dub. 3. Vgolin. hic, verb. Spoliant, numero quarto. Vivald. in presenti, can. 9. numero quinto.*

Ego quidem videns huiusmodi infidelium protectionem, in ipsius Sedis Apostolicæ au-

thoritatem quodammodo cedere, probabilius existimari, æque fideles, ac infideles his legibus, ac pœnis protegere. Vnde diuexans infidelem qui ad Sedem Apostolicam accedit, hac Censura illigatur.

DVBIVM LXXIX.

Incurritne duplicem excommunicationem qui peregrinum accedentem ad Urbem, vel in ea commorantem, vel ab ea recedentem interficit, aut vulnerat?

Decima aduersus eos, qui Romipetras peregrinos diuexant.

Non incurrit duplicem excommunicationem alteram scilicet impositam ob vexationem illorum, qui ad Romanam Curiam accedunt: alteram ob vexationem eorum, qui deuotionis causa ad Urbem peregrinantur. Quia prohibitum utroque Canone idem est, & sub eodem securitatis fine, ob quem Pontifex prospicere intendit accedentibus ad Romanam Curiam causa negotiorum, & deuotionis. Sic Bonacin. *tom. 3. de Censur. in partic. disputation. 1. question. 11. punct. 3. numero decimo sexto.*

Duplicem Censuram incurrit. Quia quamuis in utroque Canone idem sit prohibitum quoad obiectum materiale, tamen quoad formale diuersum est. Nam vexatio accedentium ad Romanam Curiam negotiorum causa prohibetur, ut Romana Curia, & Pontificium tribunal tum autoritate, tum negotiorum copia abundet, pluribus illuc negotiorum causa confluentibus. At vexatio peregrinorum causa deuotionis, prohibetur in cultus, honoris, & reuerentiæ Sacrorum Urbis locorum augmentum. Qui fines sunt omnino distincti, & consequenter distinctum sacrilegium constituunt. Ita Vivaldus *hic, numero octauo, Duardus inibi, libro secundo, can. decim. question. nona, numero primo, & secundo. Palao de Censur. disputation. 3. punct. 11. numer. 6.*

370 Duplicem Censuram incurrit.

Probabiliorem hanc iudico esse sententiam. Ideo namque vulneratio peregrini (verbi gratia, si Clericus sit, duplex sacrilegium, duplicemque excommunicationem inducit, alteram huius Canonis aduersus vulnerantes peregrinum, alteram Canonis, *Si quis suadente Diabolo*, 14. question. 3. aduersus eos, qui Clericos percutiunt; quia fines ob quos vulneratio prohibetur, distincti sunt, nempe Clericalis honor Ordinis, & honor Ordinis, & honor sacrorum locorum. Et idem dixerim de vulneratione facta alienius Clerici in Ecclesia, qui duplex constituit sacrilegium, alterum aduersus Ordinem Clericalem, alterum aduersus Ecclesiam, & honorem ipsi debitum. Idem igitur in nostro casu asserendum.

371 Hanc sententiam etiam confirmo.

DVBIVM

DV B I V M LXXX.

Qui inchoato ad Urbem causa deuotionis itinere, domum reuertitur, ut aliquid agat, vel accipiat pertinens ad eandem peregrinationem, dum domum repetit gaudetne huius Canonis protectione?

372
Minime
gaudet.

Minime gaudet. Quia verba Canonis ei non videntur conuenire, cum non accedat ad Urbem, sed ad propriam domum: neque recedit ex Vrbe, cum ad illam nondum peruenit. Sic Bonacin. hic, disput. 1. quæst. 1. pun. 3. numer. 26.

373
Gaudet
equidem.

Gaudet equidem. Quia ille ad domum reditus est formalis ad Urbem accessus, cum sit propter rem ad accessum ipsum necessariam. Neque censendum est ob præfatam ad domum reditum iter ad Romanam Curiam moraliter discontinuari. Ita Vgolinus hic, cap. 10. Paragraph. 1. Duardus ibidem libr. 2. can. 10. quæstion. 12.

374
Cum his
opinor.

Cum his opinor. Quia ipsemet Bonacina concedit punct. 3. numer. 24. non interrompi accessum, vel recessum ad Urbem, vel ex Vrbe, ex eo quod peregrinus ad amicum diuertat, vel aliam ob causam in itinere detineatur. Ergo eadem ratione non debet censi interrupta peregrinatio ex reditu ad domum necessario, & quasi per transfennam.

DV B I V M LXXXI.

Vndecima
contra di-
uexantes
Cardinales
& alios
Prælatos.

Debetne Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi esse consecrati, ut offendentes eos hanc Censuram incurrant?

375
Nonnulla
recolo.

Præmitto, personas, quæ interfici, mutilari, vulnerari, percuti, capi, carcerari, detineri, vel hostilitate affici prohibentur, esse in primis Romanæ Ecclesiæ Cardinales; secundo Patriarchas, id est, Summos Patres, inter Episcopos primum locum tenentes; tertio Archiepiscopos Metropolitanos pluribus Episcopis præfidentes; quarto Episcopos vnius Ciuitatis, vel Diocesis. Quæsierim autem, num sufficiat esse electos, ac confirmatos, vel debeant consecrati iam esse, ut exercens contra illos aliquam ex præfatis actionibus hanc Censuram incurrat?

376
Sufficit esse
electos.

Sufficit electos esse, & confirmatos. Quia iam tunc ante consecrationem proprie sunt Ecclesiæ Principes, ac Prælati cum Episcopali gaudeant iurisdictione. Cardinales vero ex quo eliguntur, hoc potiuntur nomine, tametsi Capellam nondum obtinuerint. Sayro libr. 3. cap. 15. num. 3. Duardus libr. 2. can. 11. quæstion. 6. numer. 1. Filliucius tractat. 16. num. 239. auctoribus, Igitur ab electione, & confirmatione prote-

ctione huius Canonis potiuntur. Sic Graff. parte 1. Decision. libro 4. capite 18. numero 101.

Non sufficit esse electos, sed debent prius consecrationem accipere Prælati, Cardinales vero Capellam, ut hoc Canone protegantur. Quia ante consecrationem non sunt Episcopi vere, ac proprie, cum non sint caractere Episcopali insigniti, tametsi Episcopali gaudeant iurisdictione. Ita Caietan. verb. Excommunicatio, caput. 12. Suarius disputation. 21. section. 2. numer. 69. Bonacin. aliis relatis disputation. 1. quæstion. 12. punct. 2. numer. 7. Filliucius tractat. 16. numer. 240. Nauarr. summ. cap. 27. num. 67. Sayro. libro tertio, capite decimo quinto, numero quarto. Vgolinus hic, verbo Patriarchæ, numero tertio.

Ego quidem reor, Cardinales, qui iuxta Doctores citatos numer. 376. vere dicuntur Cardinales ex quo electi sunt à Summo Præsule, & electionem acceperunt, etsi Capellam nondum obtinuerint, à puncto acceptationis hac Canonis protectione potiri: At Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos: ea ante consecrationem non gaudere; nam cum versentur in materia odiosa, non debet nomen Episcopi ultra propriam, & strictam significationem extendi. Adiciio demum Legatos, & Nuncios Summi Præsulis, qui ab eo causa negotiorum ad Principes immittuntur, Canonis huiusce protectione muniri, dum eorum legatio durat.

DV B I V M LXXXII.

Qui actiones prohibitas in hoc Canone circa recurrentes ad Romanam Curiam suorum negotiorum causa ratas habet, ligaturne hac Censura?

Recolo, actiones, ob quas hac excommunicatio fertur, esse occisionem, perculsionem, & bonorum spoliacionem, occasione quidem causarum, vel negotiorum, scilicet, quia eas causas, vel negotia deferunt ad Romanam Curiam, vel ea ibi prosequuntur, vel defendant. Constat ex illis verbis, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi occidunt. Personas autem, contra quas præfate actiones, vel aliqua illarum præstantur esse omnes ad Romanam Curiam recurrentes causa negotiorum: prosequentesque in Curia negotia incepta. Denique extendere Pontificem Censuram ad eos, qui per se, vel per alios directe, vel indirecte delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel factorem præstare non verentur. Iam requiro, num qui prohibitas hæc actiones ratas habet, hac Censura illigetur?

Illigatur quidem. Quia ratihabitio mandato comparatur, & ratum habens delictum, videtur saltem indirecte contra præscriptum Canonis delicto cooperari. Sic Alterius d. 13. cap. 2. verbi. Queret aliquis.

Non

381 Non illigatur. Quia rati habitio delictum factum sublequitur: Ergo illius causa esse non potest. Ita Vgolin. hic §. 1. n. 1. Duard. can. 12. q. 9. n. 3. Filiuc. tractat. 16. num. 181. Bonacin. rom. 3. de Conf. Bul. disputation. 1. question. 13. punct. 3. num. 7.

Longè hoc probabilius imo certū mihi. Nā ex eo quod quis ratā habeat pergentis ad Verbem acceptam iniuriam, nec iniuriā infert, nec causa esse potest, ut fuerit illata. Neque obest, quod rati habitio mandato comparetur. Quia id fictione iuris contingit, non tamen proprie: ideoque censura afficiens mandantem extendi nequit ad ratum habentem, nisi à iure facta fuerit extensio.

DUBIUM LXXXIII.

Vi recurrentes ad Romanam Curiam pro negotiorum expeditione hoc Canone protegentur, debentne necessario personaliter recurrere?

382 Debit per. 383 Non debent recurrere. 384 Ab hac eo-
muni senten-
tia non re-
cedat.
Debent recurrere personaliter. Quia verbum *Recurro*, ut ex eius propria significatione constat, indicat, iterum currere, non litteris, sed personali motu, ac cursu. Neque obest, quod textus dicat, *Per se, vel per alium*: nam hæc particula non aptatur offensis, sed offendentibus, ut constat. Sic Vgolin. hic §. 1. n. 3. vers. *Quintò in excommunicationem*. asserens esse probabile.

Non debent personaliter necessario recurrere, sed sufficit si medio Procuratore, aut per litteras id gerant. Quia licet retenta verbi Latini proprietate recursum indicet repetitum personalem cursum: at spectato Canonico stylo, ac praxi recepta, is ad Iudicem recurrit pro negotiis decidendis, qui in eum Iudicem negotia decidenda transfert, tametsi ad ipsam personam liter non accedat. Ita Sayr. l. 3. c. 16. n. 5. Duard. can. 12. q. 3. Reginal. l. 9. n. 316. Bonac. de censur. in partic. d. 1. q. 13. pun. 2. n. 2. Alterius d. 15. cap. 3. vers. *Per se*.

Ab hac communi sententia non est recedendum. Addiderim, recurrentem ad curiam Romanam, licet hæreticis, & infidelis quilibet sit, expediendi negotia occasione hac protegi clausula. Quia excommunicatio hæc non tamen in fauorem recurrentium, quam in fauorem Romanæ Curie, illiusque negotiorum promotionem est lata: qui finis ex protectione cuiuslibet recurrentis obtrinetur.

DUBIUM LXXXIV.

Qui de iure hoc Canone prohibita non impedit, cum facile possit, incidere in censuram?

385 Incidit. Incidit causa quo sit persona publica, & ex prava intentione impediendi recursum ad *Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

Curiam Romanam impedire offensionem omittat. Quia peccat contra iustitiam, & causa offensionis saltem indirecta censetur. Sic Fill. tractat. 16. numer. 182. Duardus hic, canon. 12. question. 9. numer. 7. Alterius disp. 13. cap. 2. dub. 3.

Non incidit, si solummodo non impediendo offensionem concurrat. Quia non impediendo offensionem, moraliter tantum ad illam concurrat, & contra officij publici obligationem. At textus de concursu physico, & reali loquitur, non de morali, nisi per mandatum, & consilium. Ita Palao de Conf. disp. 3. pun. 13. num. 11. Bonac. hic, disp. 13. quest. 13. pun. 3. num. 8.

Cum his probabilibus opinor. Nam textum loquutum fuisse de concursu physico, & reali, constat ex illis verbis, *Per se, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare non verentur*. Ergo ex vi illius negatiui concursus hac censura nequit illigari.

DUBIUM LXXXV.

An ob quamlibet appellationem ab executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem hæc excommunicatio contrahitur?

Decimo tertio Canone excommunicantur appellantes à gravamine, & executione litterarum Apostolicarum ad potestatem laicam: & impediens accedentem ad Curiam Romanam pro negotiorum, aut gratiarum expeditione. In prima, inquam, parte excommunicatione feriuntur, qui friuolam appellationem prætexentes ad Curiam secularem, seu laicam potestatem recurrunt. Quæsierim ad hæc, num ob quamlibet appellationem hæc excommunicatio contrahatur?

Non contrahitur ob quamlibet appellationem. Quia textus dicit, *Prætexentes friuolam appellationem*. Igitur seclusa appellatione friuola, & posita iusta, hæc censura non contrahitur. Sayr. l. 3. h. c. 17. num. 1. probabile reputat, solam eam appellationem censura hac innodari, quæ friuola est ex parte appellantis, & ex defectu sufficientis causæ. Aliquique Doctores probabiliter huic applaudunt.

Ob quamlibet appellationem contrahitur. Quia quamlibet appellatio quantumvis procedat ad manifestā iniuriam, & gravamen Iudicis Apostolici propulsandam, est vana, inanis, & nullius momenti, utpote facta ad Iudicem non superiorem, sed potius inferiorem, & in Ecclesiasticæ immunitatis detrimentum, cuius libertas cuilibet bono priuato est præferenda. Ita Bonacin. hic disputatione prima question. 14. puncto primo à numero secundo alios citans.

Ego existimo, plerumque recurrentes ad Curiam secularem pro impediendo gravamine, & executione litterarum Apostolicarum, hac excommunicatione ligari. Quia appellationem friuolam prætexunt. Quippe sic recurrentes.

386 Non incidit.

387 Hoc probabilius.

Decima tertia contra appellantes à gravamine litterarum Apostolicarum ad laicum tribunal. 388 Nonnulla recolo.

389 Non contrahitur.

390 Contrahitur.

391 Anterioris resolutio.

rentes, appellationem interponunt non quidem ad Curiam sæcularem, sed ad Pontificem eiusque Legatum, ut ex praxi constat. At quia non habent animum hanc appellationem profectus sequendi, sed verbo tenus proponunt: ea de causa appellationem prætexere, id est, fingere dicuntur frivolum scilicet, & inanem: cum re vera recursum ad Curiam sæcularem intendunt. Notanter autem dixi, *Plerumque* hac innodari excommunicationem: quia plerumque recursum non pro manifesto sed dubio, & præsumpto gravamine impediendo. At si in casu manifesta iniuriæ, ac gravaminis recursum contingeret, haud improbabile iudicaretur, sic recurrerem, & auxilium potestatis sæcularis implorantem esse à censura immunem. Quia non est verisimile velle Pontificem & Ecclesiam suis armis iniuriantem protegere, ac se defendentem punire. Quod si obiciatur, hanc defensionem illicitam esse utpote in libertate Ecclesiastica præiudicium, cuius immunitas, utpote commune bonum, cuilibet privato est præferendum: obstat, quia Ecclesia nemini concedit iurisdictionem ad iniuriam, graveque iniustum inferendum, cum non sit potestas in destructionem, sed in ædificationem. Ergo potestas secularis iniustitiam impediens iurisdictioni Ecclesiasticæ non contradicit nec eius lædit immunitatem.

DVBIVM LXXXVI.

Impedientes, seu prohibentes executionem Apostolicarum litterarum innodanturne hac Censura, si de facto executio non est impedita?

³⁹² *Innodantur.* Innodantur quidem. Quia textus expressè excommunicat impedientes, & prohibentes. Ergo ex eo quod aliquis prohibeat, tamen si cū effectu non impediat, huic Canoni adversatur. Sic Bonacin. *hic, disp. 1. question. 14. punct. 2. num. 27.*

³⁹³ *Non innodantur.* Non innodantur. Quia finis huius constitutionis est, ne litterarum Apostolicarum executio detineatur. Ergo prohibitio quæ hanc executionem non detinet, fini huius constitutionis minime obest, ac proinde ea puniri non debet. Ita Ferdinand. de Castro de *Cens. d. 3. punct. 15. num. 15.*

³⁹⁴ *Hanc sententiam de facto.* Hanc sector probabiliorem plane opinionem. Nam apponens impedimentum, ex cuius vi executio litterarum non impeditur, haud dici potest verum impedimentum apposuisse, verumque impediuisse executionem: sed, solum dici potest invalidum obstaculum adhibuisse, attentasseque executionem impedire. At Pontifex non excommunicat attentantes impedire, sed vere impedientes executionem. Nec Bonacinæ ratio vrger. Nam licet Pontifex distinctione impedientes, seu prohibentes puniat, non inde infertur prohibitionem executioni non obstantem puniri. Quia Pontifex illa distinctione usus est, ut omnem modum verbo, & opere executioni obstantem comprehendat.

Vnde sub impediendis intellexisse omnes eos, qui facto & opere executionem impediunt, sub prohibendis autem, qui verbo & mandato executionem detinent, crediderim.

DVBIVM LXXXVII.

Actiones quæ hac Censura prohibentur nempe auocationis, impeditionis compulsionis suntne præstandæ à potestate laica?

³⁹⁵ *Decima quarta con-* *tra eos, qui causas à Iudicibus Ecclesiasticis auocant.* *Multa re-* *cto ad qua-* *rumcumque exemptionum, vel gratiarum finem.* *prætextu, causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis Sedis Apostolicæ, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis. Censetur vero quis causas ab aliis Iudicibus auocare, si apud ipsos pendentes ad se trahi faciat, tum citando partes, ut coram se compareant, causamque prosecuantur: tum inhibendo Iudices, coram quibus causæ agitantur, ne vterius procedant, tum inhibendo partes, ne ibidem amplius litigent. Cap. *Vi nostrum, de appellat.* Secundo, impedire earundem causarum cursum, & audientiam. Tertia, in cognitione spiritualium causarum tanquam iudicem interponere. Quarta, compellere partes ad causas, quæ committi fecerunt huiusmodi causas, ad reuocandum, vel reuocari faciendum orationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas. Quinta, compellere per statuta, vel alias eadem partes, ad faciendum, vel consentiendum, eos, contra quos tales prohibitiones emanarunt, à censuris, & penis in illis contentis absolui. Sexta, impedire quomolibet executionem litterarum Apostolicarum, executorialium, processuum, & decretorum prædictorum. Septima his quidem actionibus accessoria, est, præstare consilium, auxilium, vel fauorem ad aliquam ex prædictis actionibus patrandam. His præmissis, requiro, an prædictæ actiones auocationis, impeditionis, compulsionis, &c. præstandæ sint à potestate laica, an satis sit, si præstentur ab Ecclesiastica potestate, scilicet Archiepiscopo, vel Episcopo Comparatione Iudicis Apostolici?*

Non est necessarium ad excommunicationis incursionem, ut à potestate laica præstentur, sed sufficit ut à qualibet potestate gerantur, ut non est huic censuræ subiaceat. Quia hæc censura lata est in Sedis Apostolicæ autoritatis defensionem: siquidem sola auocationes factæ Auditoribus Commissariis Sedis Apostolicæ, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis eiusdem Sedis, hæc censura puniuntur. At has auocationes, impeditiones, & compulsionem præstare possunt absque illo titulo non solum laici, sed etiam Ecclesiastici: tum autoritate laica, tum Ecclesiastica: Ergo sub hac censura comprehenduntur, cum autoritate Sedis Apostolicæ utroque modo labe fideatur. Sic Filliac. *traktat. 16. numer. 253. Reginaldus 19.*

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 235

l.9.n.335.& probabile reputat Sayr.l.3.cap.18. num.5.

397
Necessarii est, ut præfate actiones autoritate laica præstentur, siue præstentur à laico, siue ab Ecclesiastico. Quia auocatione, impeditione, & compulsionem facta ab Ecclesiastico Iudice ex potestate Ecclesiastica, etsi aliquantulum offendatur Apostolica Sedes, dum auocatur, vel impeditur eius iurisdiclio contra Iuris ordinem. At libertas Ecclesiastica non offenditur, Pontifex vero videtur hunc Canonem sicut & sequentes in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ statuere. Ergo non comprehendit auocationem, impeditionem, & compulsionem à Iudice Ecclesiastico, quatenus talis est, factas. E contra vero si Iudex Ecclesiasticus ex potestate laica, qua fungitur, causas Iudicum Apostolicorum auocet, earumque cursum impediat, absque dubio hac censura ligabitur. Quia tunc non Ecclesiastici, sed laici personam gerit, & quasi laicus operatur, ideoque libertatem Ecclesiasticam offendit. Ita Nauar. summ. cap. 27. num. 70. Suar. disputat. 21. sect. 2. n. 76. Sayr. citatus. Alteri. l. 1. disp. 15. c. 1. Duard. l. 2. can. 14. g. 4. num. 1. concl. 1. Bonacin. disputat. 1. quæstion. 15. pun. 1. num. 6.

398
Hanc eligo sententiam probabiliorē plane. Itaque actiones illæ siue ab Ecclesiasticis, siue à laicis præstentur potestate laica sunt gerendæ, ut hac censura puniantur. Cum autem inter personas, quæ hac censura affici possunt, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, &c., annumerantur innuit Pontifex, hos gaudere posse potestate laica, & hac potestate vtentes Ecclesiasticam libertatem offendere.

DVBIVM LXXXVIII.

An præfate actiones sint gerendæ exemptionum, gratiarum, aliorumque privilegiorum Sedis Apostolicæ prætextu, ut huic subiaceant Excommunicationi?

399
Non solum actiones hæc præstandæ sunt à potestate laica, sed etiam exemptionum, gratiarum, &c. prætextu. Quia sub eadem continuata oratione proponitur efficiendus esse excommunicatione auocantes causas spirituales autoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, & litterarum Apostolicarum prætextu. Ergo hac censura ligandus necessario duci debet prætextu Sedis Apostolicæ privilegiorum. Sic Suar. disputat. 21. sectione secunda numer. 75. In cuius sententiam inclinat Bonacin. hic, disp. 1. quæstion. 15. pun. 1. num. 6.

400
Opus non est has actiones prætextu exemptionum, gratiarum, & litterarum Apostolicarum fieri. Quia textus ab hac excommunicatione solum eximit illum, qui eas actiones gerit animo expresso supplicandi Sedem Apostolicam, & supplicationem coram ipsa prosequendo. Ergo quocumque alio titulo, & sine præfate actiones gerantur, ab hac censura non excusantur exceptio enim firmat regulam in Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI

contrarium. Ita Reginald. libro nono numer. 336 Alteri. libro quinto disput. 15. capit. 2. vers. Quorumcumque. Duard. lib. 2. can. 14. quæstione tertia num. 2.

401
Veriorem hanc reor esse sententiam. Nam hac censura innodatur, qui prætextu violentiæ prohibendæ has gerit actiones, ut inibi notatur. Igitur necessarium non est fieri exemptionum, gratiarum, seu privilegiorum Sedis Apostolicæ prætextu.

DVBIVM LXXXIX.

233
Ut auocatio prohibita in hoc Canone excommunicationi subiaceat, debetne necessario esse causarum pendens coram Apostolico iudice?

402
Debet quidem, & non satis est, ut à quolibet Ecclesiastico Iudice autoritate laica auocentur. Quia licet illa particula Aliis aliquando non sit receptiva similium, id tamen contingit, quando ratio subiectæ materiæ id suadet. At in præsentis subiectæ materiæ hanc dissimilitudinem non suadet, sed potius textui maxime congruit, ut ea qualitas, quæ in Auditoribus, & Commissariis exprimitur, nempe ut sint Auditores, & Commissarii Sedis Apostolicæ, subintelligatur in Iudicibus Ecclesiasticis. Et quia regulariter dictio Aliis repetit præcedentem qualitatem, cuius est persona expressa, Leg. Si fugitini, ibi: Aliis pana. Barbosa de distionib. dist. 17. Sanchez libr. 3. de marrin. d. 20. num. 2. Sic Vgolin. hic §. 1. numer. 1. Alteri. lib. 5. d. 15. cap. 1. Palao de Cens. disputat. 3. pun. 15. num. 8.

403
Non debet necessario, sed satis est, ut à quolibet Ecclesiastico Iudice autoritate laica auocetur causa, & impediatur. Quia Pontifex generaliter censura puniuit eos, qui ab Auditoribus, & Commissariis Sedis Apostolicæ aliisque Ecclesiasticis Iudicibus causas auocant. Ergo si vellet solam auocationem à Iudicibus Apostolicis punire illis verbis generalibus, Aliisque Iudicibus Ecclesiasticis non vteretur, sed solum diceret, Aliisque Iudicibus. Ita Filliuc. tractatu decimo sexto numero 250. Anton. à Sousa hic, capite decimo quinto numero primo. Duardus canon. decim. quart. quæstione septima numero primo.

404
Primam sententiam veriorem esse affirmo. Nam præterquam quod particula Aliis non obstat (ut probatum est) huiusmodi Causæ non etsi sit expeditus in libertatis Ecclesiasticæ fauorem, non tamen protegit omnes Ecclesiasticos Iudices, sed solum Apostolicos: imo nec ipsos Iudices Apostolicos ab omnibus actionibus, quibus eorum lædi potest immunitas, sed ab aliquibus solummodo. Alias si huiusmodi Canon quorumcumque Iudicum causarum auocationem, & impeditionem puniret, superfluous esset, utpote indistinctus à subsequens, in quibus generaliter de qualibet iniusta auocatione, & impeditione iurisdictioni Ecclesiasticæ per potestatem laicam est sermo. Neque obest, quod

Pontifex expressius suam poterat intentionem declarare, fatus: *A Iudiciis Apostolicis*. Satis enim eam expressit illa dictione, *Aliis*, utpote, quae qualitatem antecedentis in subsequenti adesse denotat, nisi subiecta materia contrarium suadeat.

D V B I V M X C.

Decima Innodantur decima quinta excommunicatione Consilij disponentes statuta facta libertati Ecclesiae contraria, & precones voce publicantes?

Expendo decimam quintam Censuram latam contra eos, qui trahunt vel procurant trahi personas Ecclesiasticas ad saeculare tribunal: & contra condentes statuta libertati Ecclesiasticae praedictantia, eisque vtentes. Circa partem hanc secundam clausula requiro, an innodentur hac Censura Consilij disponentes statuta haec & precones voce ea publicantes?

Innodantur quidem. Quia vere ordinant, & publicant statuta, Textu fante: *Ne non qui statuta ordinationes, constitutiones, pragmaticas, &c. quomodolibet fecerint, ordinauerint, vel publicauerint*. Ergo qui ordinat, & qui publicat statuta facta ab aliis, vere ordinat, & vere publicat statuta libertati Ecclesiae contraria. Sic Filliucius tractatu decimo sexto, numero 267. Alterius libro quinto, disputatione decima sexta, cap. 3. dub. 2.

Non innodantur. Quia ij executione tantum ad statuti ordinationem concurrunt, id est, exequuntur ordinationem, & publicationem, quae Principis auctoritate fit. Ita Suarius disputatione vigesima prima, sectione secunda, numero septuagesimo nono. Duardus hic, can. 15. quest. 22. numero 2.

Hanc praefero sententiam. Nam Princeps est, qui mediis illis Ministris propriè ordinat statuta, & publicat: non autem Ministri, cum non à Ministris, sed ab ipso Principe ea ordinatio, & publicatio habeat auctoritatem.

D V B I V M X C I.

Ut utens huiusmodi statutis excommunicatione feriatur debetne esse persona publica necessario?

Excommunicat Pontifex eos, qui praefatis statutis contra libertatem Ecclesiasticam factis, seu ordinatis vtuntur. Ille vero uti his statutis censetur, qui ea obseruat, illorumque praetextu libertati Ecclesiasticae praedictat. Ut si Iudex nixus statuto, sententiam contra libertatem Ecclesiasticam proferret, tributa exigere, loca Sacra violaret, &c. Quasi enim autem, an huiusmodi usus debeat necessario esse à persona publica, quatenus talis est, vel suf-

ficiat ab ea, & à quolibet alio priuatum praestari?

Non debet esse necessario esse à persona publica, quatenus talis est, sed quocumque modo huiusmodi usus contingat hac excommunicatione puniatur. Quia textus generaliter punit eos omnes, qui factis statutis, & ordinatis vt fuerint. Cum igitur non solum auctoritate publica, sed priuata praestari hic usus posset, fit, quemlibet usum suae auctoritatum, suae priuatum hac excommunicatione puniri. Sic Sayrus lib. 3. cap. 19. numer. 10. Alterius can. 15. disp. 16. cap. 3. post med. Duardus hic, quest. 22. numero 2.

Debet necessario huiusmodi usus esse à persona publica, ut hac Censura afficiatur. Quia ex tenore Canonis non obscure colligitur iis tantum sub hac pena usum statutorum prohiberi, qui statuta, ordinationes, seu decreta condere possunt. Inquit enim: *Ne non qui statuta, &c. fecerint, ordinauerint, seu publicauerint, vel factis, & ordinatis usi fuerint*. Cum igitur in eadem clausula statutorum factio, & usus continetur, credendum est, his tantum prohiberi statutorum usum, quibus eorum factio prohibetur. Ita Castro Palao de Censur. disputation. 3. punct. 16. numer. 8. Bonacin. tom. 3. de Censur. in partic. disputation. 1. question. 16. punct. 1. numero 10.

Primam sententiam probabilem admodum esse reor, sed adhuc secunda plane probabiliori. Nam finis huius Canonis est, ne potestas laica praetextu alicuius consuetudinis, privilegii, vel alius iurisdictionem Ecclesiasticam, & Ecclesiarum iura praedictet, tum condendo statuta illis contraria, tum illis vtendo: ergo usus ad potestatem laicam est referendus, ut sic dispositio Canonis cum illius fine congruat.

D V B I V M X C I I.

Ut hanc excommunicationem quis incurrat, debetne necessario auctoritate publica impedimentum apponere, ne Praelatus Ecclesiasticum sua iurisdictione vtatur?

Duplicem actionem praecipue hac Censura respicit. Prima est impedire, ne Ordinarii sua iurisdictione vtantur. Secunda, recurre ad saeculare tribunal pro illius iurisdictionis usus revocatione. Circa primam autem praestare quis potest impedimentum directe, si vi, vel metu incusso, vel mandato, cui non audeat Ecclesiasticus resistere, impediatur, ne sua vtatur iurisdictione; indirecte, carcerando, vel molestando agentes eorum Ecclesiasticorum Iudices, agentes procuratores, familiares, vel consanguineos, & affines. Quasi enim vero, an auctoritate publica hoc impedimentum necessario debeat apponere?

Necessarium non est, sed quocumque modo ponatur, huic subest Censura. Quia illud aduerbium, *Quomodolibet*, quo usus est Canon, quemcumque modum impediendi comprehendit. Sic Vgolin. Paragraph. 1. num. 1. Alterius libr. 5. disputation. 17. cap. 1. versic. Sed dubitari potest.

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 237

Est necessarium. Quia Censura hac præcedenti est connexa, ut constat ex eius initio, ibi: *Necnon qui Archiepiscopos, &c.* At præcedens Censura solum fertur aduersus eos, qui prætextu iurisdictionis laicæ Ecclesiasticas personas ad suum tribunal trahunt, ut vidimus: ergo etiā hæc Censura fertur tantum aduersus eos, qui prætextu eiusdem iurisdictionis Ecclesiasticæ ius impediunt. Ita Nauarr. *summa capite vigesimo septimo, numero sexagesimo nono, & septuagesimo. Bonacina disputatione prima, questione decima septima, puncto primo, numero septimo. Grassi. parte prima, libro quarto, capite decimo octauo, numero trigesimo nono. Suarius de Censur. disputatione vigesima prima, sectione secunda, numero septuagesimo quinto. Filiucius tractatu decimo sexto, numero 177. licet quasi. 9. ad finem, contrarium docuisse videatur.*

Verius existimari, solum impedimentum autoritate publica appositum hac Censura puniri ob altam rationem. Nec video obstatre aduerbium *Quomodolibet*, quia appositum esse puto, ad declarandum, quocumque modo à potestate laica iurisdictioni Ecclesiastica inique impediatur, sub hac Censura comprehendendi.

DUBIUM XCIII.

Rekursus ad seculare tribunal occasione impediendi decreta Ordinarij, puniuntur hac excommunicatione?

Punitur quidem. Quia licet illis verbis, *Qui post sententiam, &c.* indicet textus, solum recursum post sententiam, & decretum latum à Iudice Ecclesiastico hac affici Censura: at illud aduerbium *Alias*, (quod idem est, ac *Aliiter Leg. Paragraph. Iure, Digestis, de conditionibus*) indicat non solum post sententiam, & decretum, sed etiam ante comprehendendi. Sic Reginaldus *lib. 9. numer. 369. Filiucius tractat. 16. numer. 28. Bonacina disputatione prima de Censur. in partic. question. 17. punct. 1. numero 23.*

Non punitur Censura hac. Quia si Pontifex veller recursum ad Curiam secularem ante & post sententiam, seu decretum Ecclesiastici Iudicis punire, omitteret exprimere illud, *Post sententiam*: apertius enim suam intentionem explicaret, appositis tantum illis verbis, [Et qui fori ecclesiastici iudicium eludentes ad Curiam secularem recurrunt] omisissis antecedentibus verbis, *Post sententiam, seu decretum*. Ita Vgolinus *hic, numero primo. Duardus can. 17. capit. 2. vers. Quare. Palao de Censur. disputa. 3. punct. 17. num. 8.*

Longe veriore hanc sententiam esse crediderim. Cui quidem aduerbium illud *Alias* non videtur obstatre. Quia non refertur ad præcedens aduerbium *Post*, sed ad sententiam, & decretum, hoc sensu: qui post litem sententiam decisam, (hæc enim proprie sententia vocatur,) vel post sententiam interlocutoriam, (quæ *Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

decretum dicitur, vel post quamlibet aliam provisionem, ordinationem, citationem, motum, nem à Iudice ecclesiastico factam, ut illius iudicium eludat, & vanum reddat, ad seculares confugit Curias, excommunicatus existat.

DUBIUM XCIV.

Ad hanc Censuram incurrendam necessariumne est omnes tres actiones adesse, scilicet, recurrere ad seculare tribunal, obtinere prohibitionem, seu mandatum contra Ecclesiasticos Iudices, & illud exquiri?

Necessarium non est. Quia libertas Ecclesiastica læditur solo recurso ad seculare tribunal, etsi nulla inhibicio obtineatur: & à fortiori præiudicatur inhibitionis consecutione, & expeditione, etiamsi executioni non mandetur. Ergo qualibet ex his actionibus hac Censura debet puniri. Sic Reginaldus *lib. 9. numer. 269. Bonacina hic, disputation. 1. question. 7. punct. 1. num. 28. Alterius hic, disp. 17. cap. 2. vers. Verum hic oritur.*

Est necessarium. Quia finis huius Canonis est Iudices Ecclesiasticos protegere, ne in usu suæ iurisdictionis à potestate laica deturbentur. At ex solo recurso ad seculare tribunal, & ab eodem inhibitione, & mandato contra præfatos expedito, non deturbatur eorum iurisdictionis, nisi illa inhibicio, & mandatum executioni mandetur: ergo ad hanc Censuram incurrendam, recursus, inhibicio, & illius executio est necessaria. Ita Duardus *hic, questione sexta, numero tertio. Vinalius in præfati, Vgolinus can. 16. numero secundo, Filiucius tractatu 16. numero 284. Nauarr. Consil. 20. de sentent. excommunic.*

Probabilis admodum est prima sententia, sed adhuc probabiliorem esse secundam existimo. Nam esto, illa dictio *Et* aliquando apponatur inter diuersa, & distinctionum sensum redat: plerumque tamen copulatiuum sensum facit, & omnia copulata requirit, ut dispositio subsistat. *Leg. Si is, qui ducenta 14. Digestis, de rebus dubiis. Leg. Si quis ita stipulatur, Digestis de verborum obligatione. Gloss. in Rub. 10. Digestis de iuris, & facti ignorant. Barthol. & Bald. ibid.* Et pluribus comprobatur Euerard. & alij. Neque obest, solo recurso ad seculare tribunal, solaque inhibitione libertatem Ecclesiasticam lædi. Quia non læditur ea Ecclesiastica libertas, quæ hoc Canone protegitur, quippe cum usus iurisdictionis ecclesiasticæ non impediatur.

DUBIUM XCV.

Vsurpatio, vel sequestratio illegitima bonorum beneficij vacantis comprehenditurne sub hac Censura?

Hoc Canone excommunicat Vsurpatores, & Sequestratores sine legitima Superiorum licentia.

420
Necessarium non est.

421
Est necessarium.

422
Longe probabilior hanc sententiam.

Decima septima contra usurpantes proventus ad Pontificem, vel alias personas ecclesiasticas pertinentes.

423
Statu quo fructus.

238 Theologiae Moralis. Liber L.

licentia reddituum, fructuum, & proventuum ad Pontificem, Sedemque Apostolicam, vel alias personas Ecclesiasticas pertinentium. Quæsierim vero, num usurpatio, vel sequestratio illegitima bonorum beneficii vacantis sub hac Censura comprehendatur?

424 Non comprehenditur. Quia ea bona nulli personæ Ecclesiasticæ competunt, sed competent ei, qui beneficium est possessorus. Sic Caietan. *summa verbo Excommunicatio, capite vigesimo septimo, Toletus libr. 1. capit. 29. numero quinto.*

425 Comprehenditur. Quia illa bona ex eo quod beneficiario futuro adiudicata sunt, personæ Ecclesiasticæ competunt, non quidem quoad actuale dominium, sed quoad futurum. Ita Bonacin. *disp. 1. quest. 18. punct. 2. num. 31. Duardus libr. 2. cap. 17. quest. 12. Alterius disputation. 18. cap. 1. Vgolinus hic, cap. 17. §. 1. Filliucius tract. 16. numer. 217. Reginaldus libr. 9. num. 372. Suarius disp. 21. sect. 1. num. 97. Sayrus libr. 3. cap. 21. num. 4. Nauarr. *summa. cap. 27. num. 71.**

426 Rectius hi Doctores. Nam dominium illorum bonorum vacante beneficio penes aliquem residet: non est alius penes quem residere possit, nisi Ecclesia, & Pontifex: ergo penes Ecclesiam, & Pontificem residet transfereendum in beneficiarium futurum. Demum si usurpatio bonorum beneficii vacantis hac excommunicatione non impediretur, haud satis Pontifex immunitati bonorum Ecclesiasticorum prouideret, cum grauius periculum ingrat ea bona usurpandi, mortuo beneficiario, quam eo superstiti.

D V B I V M X C V I.

Vt usurpans ea bona hac feriatur Censura debetne ea usurpare, vel sequestrare ex eo, quod sunt bona Ecclesiastica?

427 Debet ea usurpare, seu sequestrare ea intentione. Quia hæc usurpatio, ac sequestratio punitur, vt Ecclesiæ libertati præiudicans, quæ non satis videtur præiudicari, si eius bona ea intentione non usurpentur, aut sequestrantur. Sic Caietan. *verbo Excommunicatio, cap. 27. Sebast. de Medicis de peccat. Capital. titul. 9. quest. 78. numer. 18. & 83. Nauarr. cap. 27. numer. 70. Alterius libr. 5. disputation. 18. capit. 1. dubio 2.*

428 Non debet necessario ea intentione usurpare, aut sequestrare, sed satis est ad hanc Censuram incurrendam, si usurpans, & sequestrans ea bona, sciatur ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas pertinere, quacumque intentione ducatur. Quia textus solum requirit usurpationem, vel sequestrationem bonorum ad Pontificem, eiusque Sedem, & Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficii Ecclesiastici pertinentium. Quod sufficienter verificatur, licet desit intentio formalis usurpandi, vel sequestrandum ea bona quatenus sunt Ecclesiastica. Ita Toletus libr. 1. cap. 29. num. 7. Bonac.

hic disputation. 1. quest. 18. punct. 1. numer. 7. Filliucius tract. 16. num. 223. Sayrus libr. 3. cap. 21. num. 4.

Hoc dicendum existimo. Nam si hæc intentio necessaria esset, vt Canon hic locum haberet, fere nullus esset vtilitatis, cum ratio vel damnum exijci. nunquam usurpantes, vel sequestrantes eam gerant intentionem. Et in sequestratione id est manifestum, cum expresse textus damnet sequestrationem illegitime factam quauis occasione, vel causa.

D V B I V M X C V I I.

Sufficitne hanc Censuram incurrendam, vt quis ea bona usurpet, vt sunt Pontificis tanquam temporalis Domini?

430 EA bona ratione Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficii provenientia debent Pontifici, Sedique Apostolicæ, aut cuique personæ Ecclesiasticæ pertinere. Quæsierim vero, an satis sit, quod Pontifex vt Domino temporali pertineant, vt huic Censuræ sit locus? Satis quidem est. Quia Pontifex prohibens usurpationem bonorum ad se pertinentium, vtitur illa particula, *Nos* absque vlla distinctione: sicque prolata comprehendit non solum iurisdictionem spirituales, sed & temporalem. Neque obest, quod in hoc Canone intenderit Pontifex bonorum Ecclesiasticorum immunitati consulere: nam simul cum illo sine præiudicio intendere potuit suorum omnium bonorum immunitati prouidere. Sic Bonac. *hic, d. 1. q. 18. punct. 2. n. 33.*

431 Non est satis. Quia non qualibet usurpatio, & sequestratio iurisdictionis, fructus, redditus, & proventus Pontifici pertinentis hac excommunicatione punitur, sed pertinentis Pontifici ratione Ecclesiæ, Monasterij, seu beneficii Ecclesiastici, vt textus inquit. Hæc enim verba vtpote fini clausula apposta ad omnia præcedentia referri debent. At iurisdictiones, fructus, redditus, & proventus Pontifici, vt Domino temporali competentes, non illi competent titulo Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficii, vt de se constat: ergo. Ita Castro Palao *de Cens. d. 3. punct. 18. n. 13.*

432 Verius cenfeo, non esse locum huic Censuræ, si præfata bona pertineant ad Pontificem, vt Dominum temporalem, sed necessario deesse vt ad illum vt Christi Vicarium pertinere. Nam Pontifex hanc excommunicationem fert in protectionem Ecclesiasticæ immunitatis quoad eius bona aduersus laicam potestatem. Si autem se ipsum comprehenderet, vt temporalem dominum, non solum esset defensio Ecclesiasticæ potestatis, sed & laicæ aduersus laicam potestatem. Porro cum Summus Pontifex ipsum nominat illo pronomine *Nos* Pontificiam dignitatem, non temporarium dominum denotat. *Si gratias, de rescrip.*

Seçt. II. De Excommunicat. Dubia. 239

DUBIUM XCVIII.

Qui usurpat Ecclesiam, Monasterium, aut beneficium Ecclesiasticum, comprehenditurne sub hac censura?

⁴³⁴ Non comprehenditur. Quia Pontifex solū usurpatore, & lequestratore iurisdic-
 Non com-
 prehēditur.
 nū, fructuum, reddituum, & proventuum ex Ec-
 clesia, Monasterio, vel beneficio provenientium
 censurā subiicit. At sub prædictis non videtur
 Ecclesia, Monasterium, & beneficium conti-
 neri. Neque obest gravius delinquere, & gra-
 uiori pœna dignū esse usurpatorem Ecclesiæ,
 Monasterij, ac beneficij, quam usurpatore fructuum
 ex his provenientium; qui id solū probat
 debuissē Pontificem graviori censuræ &
 pœnæ delinquentem subicere: non tamen
 probat, de facto huic legi esse subiectum. Sic
 Duard. hic l. 2. can. 17. q. 4. n. 18.

⁴³⁵ Comprehenditur plane. Quia si propter
 usurpationem fructuum fertur excommunica-
 tio, à fortiori propter Ecclesiæ, Monasterij, ac
 beneficij usurpationē ferri debet. Et quia legis-
 latoris intentio videtur esse, ne fructus Eccle-
 siæ, & à fortiori ne ipsa Ecclesia à potestate
 laica usurpetur. At finis legis potius quā ver-
 ba est inspicendus. *sc. fin. de Reg. iuris in 6. l. Cū
 pater, & dulcissimi, de legat. 2. Ita Alteri. l. 5. d.
 18. c. 1. dub. 1. Bonac. hic, d. 1. q. 18. p. 2. n. 28.*

⁴³⁶ Existimo speculative loquendo priorem sen-
 tentiā veriorē esse. Quia in materia censura-
 riā, utpote odiosa verba legis extendenda non
 sunt, sed in sensu stricto, ac proprio sumenda:
 At verba sic sumpta non comprehendunt Ec-
 clesiā, Monasterij, vel beneficij usurpatorem
 præcisē, ac formaliter: sed usurpatorem iurisdic-
 tionis, & fructuum inde provenientium. At-
 tamen practice si loquamur, secundā sententiā
 iudico esse defendendam. Quia raro, vel nun-
 quam Ecclesia, Monasterium, vel beneficium
 usurpatur, quin eorum fructus usurpentur cum
 ob fructus usurpandos usurpatio Ecclesiæ,
 Monasterij, vel beneficij fiat. Mecum Palao
 de cens. d. 3. p. 18. n. 19.

DUBIUM XCIX.

*Usurpatio pecunie, ob quam benefi-
 cij fructus venditi sunt, com-
 prehenditurne sub hoc
 Canone?*

⁴³⁷ Comprehenditur quidem. Quia pecunia
 illa fructibus equivalet, & loco fructuum
 est subrogata. Sic Filliuc. tractat. 16. nu-
 mer. 221.

⁴³⁸ Non comprehenditur. Quia pecunia illa
 propriē ac formaliter non provenit ex bene-
 ficio, sed ex beneficij fructibus venditis. Pon-
 tificex vero solum usurpatorem bonorum pro-

venientium ex beneficio, Ecclesia, vel Mona-
 sterio excommunicationi subiicit: ergo usupa-
 tor bonorum provenientium personæ Ecce-
 siasticæ sub alio titulo sub hac censura non
 comprehenditur. Ita Bonac. hic, d. 1. q. 18. p. 2. n. 2.
 numer. 9. Palao de Cens. disputat. 3. punct. 18.
 num. 20.

Magis mihi horum opinio placet. Quia
 magis proprietati verborum huius Canonis
 accommodatur. Et idem censeo dicendum de
 usurpatione aliorum bonorum, in quæ bene-
 ficiarius fructus sui beneficij permutaret. Quia
 illa bona non sunt propriē ac formaliter fru-
 ctus beneficij, sed permutationis.

DUBIUM C.

*An tributum Clericis impositum, vel ab eis exa-
 ctum debeat necessario esse in gravi
 materia, ut imponens, vel
 exigens hac censura af-
 ficiatur?*

Partem triplicem Canon hic continet. Pri-
 ma fert excommunicationem contra im-
 potentes, exigentes, vel recipientes tributum
 ab Ecclesiasticis sine speciali Romani Ponti-
 ficis facultate. Secunda eandem censuram pro-
 fert adversus patrones per se, vel alios directē
 vel indirectē prædicta crimina: & contra id
 procurantes, vel auxilium, consilium, aut fa-
 vorem præstantes. Tertia innuat Sacres Ca-
 nones in Conciliis generalibus editos de hac
 materia loquentes, pœnas, ac censuras ibidem
 contentas. Quæserim vero num tributum
 Clericis impositum debeat esse in gravi ma-
 teria, ut imponens illud, vel exigens huic cen-
 suræ subiaceat?

Debet quidem in gravi materia esse. Quia
 ob parvitatem materiæ à culpa lethali eius-
 modi tributum leve imponens, excusatur, &
 consequenter non afficitur excommunicatione,
 quæ ob leve piaculum non incurritur. Sic
 Bonac. disput. 1. de Cens. Bul. quæstion. 19. punct. 1.
 num. 12.

Non debet. Quia gravitas huius imposi-
 tionis, & exactionis non desumitur ex tributi
 quantitate, sed ex iniuria libertati Ecclesiæ
 facta, illiusque contemptu. Quemadmodū si-
 moniæ gravitas non desumitur ex quantitate
 pretij pro re spirituali exhibiti, sed ex contem-
 ptu, & iniuria rei spirituali facta, eam tempo-
 ratio pretio coequando. Ita Alteri. libro
 quinto disputat. 19. capite tertio sine. Pa-
 lao de Cens. disputat. 3. punct. 19. numer. 13.
 & alij.

Hoc defendo. Quia negari non potest, im-
 positione, exactioneque tributi quantumvis
 minimi statum Ecclesiasticum graviter lædi,
 utpote qui ea exactione denotatur potestati
 laicæ subiectus esse, & tributorum solutioni
 obligatus. Dic mihi obsecro. Si pro negotio
 levis momenti Clericum ad tribunal sæculare
 traheres iudicandum, cui dubium erit, te graue
 committere sacrilegium, & excommunicationem
 contrahere? Quia ad huius peccati gravi-
 tatem non debet spectari materia, de qua iu-
 diciū

Decima
 octava cō-
 tra im-
 potentes de-
 cimas, col-
 lectas, &
 alia onera
 Ecclesiasti-
 cis.

⁴⁴⁰
 Nonnulla
 recolo.

⁴⁴¹
 Debet in
 gravi esse
 materia.

⁴⁴²
 Non debet
 necessario.

⁴⁴³
 Hoc defendo.

dictum est ferendum, sed ipsum iudicium, cui Clericus inique subicitur. Sic in casu nostro non quantitas tributi, sed illius impositio, & exactio spectanda est, scilicet quæ ex se libertatem Ecclesiasticam gravissimè lædit.

D V B I V M C I.

In hoc Canone innovantur decreta super his à Sacris Canonibus lata. Et quidem ex vi huius innovationis Censuræ, & pœna in decreto innovationis contenta obinentne huius Bullæ reservationem?

444
Quæstio
status.

Vidimus Dub. 106. in tertia parte huius Canonis innovari decreta super his per Sacros Canones tam Concilij Lateran. quam aliorum Conciliorum generalium etiam cum censuris, ac pœnis in eis contentis. Sed dubitas, an ex vi huius innovationis censuræ, ac pœnæ in decretis renovatis existentes Bullæ cuius reservationem trahant?

445
Non obtrinet
reservationem Bullæ.

Minimè quidem. Quia innovare Canones, non est reservare: sed in pristinum statum eos constituere, ac si aboliti non essent. At in pristino statu Bullæ reservatione nō habebant. Certè in materia pœnali versamur, in qua benigna interpretatio fieri debet. Vnde absolui quis potest à quolibet Sacerdote, si ignarus excommunicationis iure communi inductæ, nec reservatæ, præstitit actionem, cui est excommunicatio annexa. Sic Bonacin. de Cens. Bul. disputatione prima quæstion. 19. punct. 4. numer. 8.

446
Obtrinet
plane.

Maximè profecto. Quia innovare legem, illiusque pœnam est illam de nouo constituere, ac si nunquam esset constituta: At pœnæ per Bullam constitutæ reservationem habent: ergo eam habere debent pœnæ innovatæ, utpote per Bullam constitutæ. Ita Tolet. libro primo capite trigesimo numero quinto. Filliuc. tract. 16. num. 303. Alteri. lib. 5. disputation. 19. cap. 5. vers. Huius omnibus. Duard. l. 1. can. 18. quæ 3. & alij.

447
Perius hoc
mibi.

Hanc mentem veritatem esse crediderim. Admitto enim innovare Canones, per se non esse illis reservationem imponere, sed tantum in pristinum statum constituere. At si illa innovatio simul sit reservatio, Canonemque innoventur lege reservatiua, non dubito ex renovatione reservationem accepturos. At Bullæ constitutio, qua huiusmodi Canones innovantur reservationem continet. Ergo eam Canonibus innovatis tribuit.

D V B I V M C I I.

An hanc Censuram contrahant Iudices, Magistratus, Notarii, Scribæ, Executores, qui suo auxilio, consilio, vel favore personam Ecclesiasticam processant, bannunt, &c.

Excommunicatione hac Pontifex omnes Magistratus, Iudices, Notarios, Scribas, & executores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illos proferendo, vel ipsos sententias lata exequendo sine speciali, specifica & expresse Apostolica Sedis facultate. Quæserim vero, num contrahant hanc censuram iudices, Magistratus &c. qui suo consilio, auxilio, vel favore personam Ecclesiasticam processant, bannunt, capiunt, &c?

Contrahunt quidem. Quia illud adverbium Quomodolibet omnem penitus modum includit ex Cap. Idemnitatibus, Paragrapho. Si qua quidem. vero, de elect. libro sexto. Sic Bonacin. hic, disputation. 1. quæstion. 20. punct. 1. numer. 1. & 2.

Minimè contrahunt. Quia Pontifex mandos, quibus Index secularis in causis criminalibus Clericorum se interponens, in hanc censuram incidit, exposcit, dum inquit, Illas processando, banniendo, capiendo, seu sententiam proferendo, & exequendo. Nam verbum illud, se interponere genericum est, & commune ad processum, bannum, capturam, sententiam, eiusque executionem. Quapropter sensus est: Magistratus, qui se interpoluerit in causis criminalibus Clericorum processando, banniendo, &c. huic excommunicationi subicitur. Porro consilium, auxilium vel favorem ferentes non processant, bannunt, ferunt sententiam: ergo hac censura non innovantur. Iudex quidem secularis Clericum verbaliter citans, & ad suum tribunal adducens, ibique de crimine examinans, etsi in censuram latam Can. 15. incidat, hac tamen non innovatur. Quia hæc citatio, & examinatio non constituit processum, capturam, vel sententiam, quæ sunt actiones hoc Canone interdictæ. Ita Castro Palao de Cens. disputation. 1. punct. 20. numer. 4. Et in casu non dissimili Navar. Conf. 33. de sentent. excommunicat. Alteri. l. b. 5. capit. 19. disputation. 20. capit. 1. Duard. hic. quæ 9. fine.

His adhæreo videns adverbium illud, Quomodolibet non quamlibet interpositionem in causis Clericorum denotare, sed eam interpositionem, quæ modis expressis in illo capite contingit. Imo concedamus, (morem gerendo Bonacinæ quamlibet ex interdictis actionibus ita afficere eam particulam Quomodolibet, ut præstet hunc sensum: excommunicamus eos, qui personas Ecclesiasticas quomodolibet processaverit, bannierit, cepit, contra eas sententiam tulerit, & executioni mandaverit.

Seet. II De Excommunicat. Dubia. 241

dauerit: non tamen inde inferatur, consiliantes, auxiliantes, & fauentes comprehendendi. Quia nō proprie ac formaliter processant, banniant, capiunt, &c. sed consiliū, & adiuvant ad processum, bannum, seu captivam. Cum igitur Pontifex inquit excommunicare iudicet *quomodo* libet processantes, &c. intelligi debet de modo, quo processus confici potest, non de modo, qui extra processum sit.

Gubernatores à Sede Apostolica constitutos impedit, & perturbat, ne sua iurisdictione utantur?

Dixi, secundam huius Canonis partem excommunicatione afficere eos, qui supremam Pontificis & Romanæ Ecclesiæ iurisdictionem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt: supremam inquam iurisdictionem in temporalibus, nam de spiritualibus satis in præcedentibus Canonibus actum fuerat. Porro nomine iurisdictionis supremæ intelligo merum ac mixtum imperium. Potestas quippe puniendi Ecclesiasticos etiam ultimo supplicio, supremam arguit iurisdictionem, cum nemini alteri sit concessum. Et generaliter eam iurisdictionem, quam Pontifex ut supremus Princeps exercet, suprema iurdictio est appellanda, utpote nemini subiecta, & ab omni alia independens. Quæsierim vero an huiusmodi supremam offendant iurisdictionem, qui Legatos, Commissarios, aliosque Gubernatores à Sede Apostolica constitutos impedit, & perturbat, ne sua iurisdictione utantur?

Non offendit. Quia horum iurdictio cum à Pontificia iurisdictione & Romanæ Ecclesiæ distincta sit, non potest esse suprema. At præfenti Canone sola suprema iurdictio protegitur. Ergo offendens Legatos ac Commissarios impediendo, ne sua iurisdictione utantur, supremam Pontificis iurisdictionem non offendit. Sic Alteri. d. 21. c. 1. Bonacin. hic, d. 1. q. 21. p. 1. num. 20.

Offendit equidem, & hanc incurrit censuram. Quia cum Legati, Commissarii, alique Gubernatores Civitatum Romanæ Ecclesiæ nomine Pontificis iurisdictionem exercent, eorum iurisdictione perturbata, Pontificis iurisdictionem simul perturbari censeri debet. Ita Palao de Cens. disputatione tertia punct. 21. numero octavo hanc sententiam satis probabilem esse affirmans, eique innuens adhærescere.

Crediderim etiam sic impediens, & perturbans Legatos, Commissarios, & Gubernatores hac censura innodari, non quatenus perturbat eorum iurisdictionem formaliter, sed quatenus inde censetur Pontificia suprema iurdictio perturbata.

DUBIUM CV.

Obligatio habendi transumptum huius Bullæ sub mortali?

Ex verbis Bullæ constat, quolibet curam animarum ex officio exercentes, tametsi Sacerdotali dignitate insigniti non sint: & quolibet Presbyteros saculares, vel regulares ad confessiones audiendas deputatos, obligatos esse transumptum huius Bullæ penes se retinere, hoc est, in sua Ecclesia, vel domo habere illudque diligenter legere, & percipere, alias enim illius retentio plane esset inutilis. Ad quæstionem autem vocito, an hæc obligatio

DUBIUM CIII.

Vi qui Romanæ Ecclesiæ terras inuadit, huius Canonis excommunicatione innodatur, requiritur ne illas hostiliter innadat?

In triplicem partem hic Canon diuiditur. Prima agit de inuadentibus, destruētibz, occupantibus, & detinentibus loca, dominia, & iura Romanæ Ecclesiæ. Secunda de usurpantibus, perturbantibus, seu vexantibus eius supremam iurisdictionem. Tertia de præstantibus auxilium, consilium & fauorem in eisdem. Circa primam partem quæsierim, an ut quis dicatur gerere inuasionem excommunicatione hac puniendam, requiratur, ut terras illas hostiliter innadat?

Non requiritur. Non requiritur hostilis inuasio. Quia in Bullis Sixti V. & Gregorij XIII. dictionibus *Inuadere*, & *Destruere* aduerbium *Hostiliter* addebatur, quod præfenti Canonis sublatum est. Ergo si Pontifex intenderet requiri ad illam censuram incurrandam hostilem inuasionem, illud aduerbium proculdubio adieceret. Sic nonnulli Doctores, qui verbi *Inuadere* haud callere proprietatem. Bonacin. disputatione prima questione vigesima prima punct. 1. num. 3.

Requiratur plane. Quia innadere terras, idem est, ac in eas irruere, seu cum impetu aggredi, quod proprium est hostium. Requiritur ergo hostilis incursum, alias enim non erit inuasio propriè sompta, ut ex Ambrosio Calep. verb. *Inuadere*, & *Inuasio* colligi potest. Ita Suar. disputatione vigesima prima sessione secunda numer. 104. Filliuc. tractat. 16. numer. 62. Vgolin. hic, capit. 10. numero tertio & alij.

Hoc dicendum existimo. Nam ex eo quod in hac Bulla sublatum fuerit aduerbium *Hostiliter*, quod in Bullis Sixti, & Gregorij additum erat, non colligitur, ut putat Bonacina, mutatam esse Pontificis intentionem: sed credendum est fuisse omissum, ut minime necessarium. Satis enim ex verbo *Inuadere*, & ex subiecta materia perspicuum erat, hostilem debere esse inuasionem, siquidem alia inuasio propriè inuasio non est.

DUBIUM CIV.

Supremam iurisdictionem Pontificis offenditne qui Legatos, Commissarios, aliosque

456
Nonnulla
recolo.

457
Non offendit.

458
Offendit
plane.

459
Auctoris
placitum.

460
Quæstio
statu.

tio habendi Bullae huius transumptum, sub mortali sit.

461
Non est sub mortali.

Non est sub mortali ex vi Bullae. Quia licet plerumque verba imperativi modi praecepti obligationem inducant, si est gravis materia: at in praesenti non videtur gravis esse materia, neque necessaria admodum ad finem à Pontifice intentum, cum possit hic facile obtineri, quin Bullae transumptum quis apud se habeat. Nam ex eo, quod apud alium sit, ipsaeque huic omnia ibi contenta referat, illotum notitiam perfectam poterit habere. Sic Alterius lib. 5. disp. 22. cap. 7. col. 1. Anton. de Soufa cap. 18. num. 2. Et probabile satis affirmat esse Palao de Censur. disputation. 3. punct. 22. numero 10.

462
Sub mortali est.

Sub mortali est. Quia verba imperativi modo prolata in legibus praeceptum continent. Retentio autem Bullae, illiusque diligens lectio imperativi modo in Bulla profertur. Penes se habeant, studeant, &c. Ex alia parte materia gravis esse videtur, utpote animarum cura, ac regimini non leuiter necessaria: ergo. Ita Vgolinus hic. part. 3. cap. 7. num. 3. Duardus lib. 3. Paragraph. 8. question. 1. num. 3. Bonacin. de Censur. Bull. disputation. 1. quaest. 22. punct. 7. num. 5.

463
Primam sententiam teneo.

Teneo primam sententiam cuius fundamentum secundae rationem infirmavit. Præterea tamen si Pontifex vellet sub mortali obligare ad hanc retentionem, & lectionem, cur omisit illa verba: *In virtute sanctae obedientiae*, quæ Superiori clausula apposuerat? Tacite quidem ea omissione indicavit longe minori obligatione adstrictos esse curam animarum habentes, aliosque Presbyteros ad transumptum retinendum, quam adstricti sunt Praelati ad illius publicationem, quam sub obedientia virtute facere tenentur.



CAPVT XIV.

Circa Excommunicationem Canonis Si quis suadente 17. quaest. 4. de Clerici per-
cussione.

DVBIUM CVI.

Clerici criminosi, ioculatores, incorrigibiles amittuntne ipso iure fori privilegium, si sint in Sacris constituti?

464
Non amittunt.



ON amittunt. Quia Clerici constituti in sacris privilegio fori gaudent, quovisque deprenderentur realiter, vel per sententiam Iudicis eo privilegio denudentur. Cap. Cum non ab homine, de iudiciis, ubi post incorrigibilitatem Clericus potestati laicæ com-

mittitur puniendus. Igitur non ipso iure ob incorrigibilitatem privilegio fori priuantur. Sic Lupus tit. de libert. Ecclesiastic. part. 2. question. 5. num. 5. & 9. & quaest. 8. num. vnic. Suarius lib. 4. adverb. Reg. Angl. capit. 17. numer. 24. Layman. lib. 1. tractat. 5. part. 2. capit. 5. numero 4.

Amittunt quidem. Quia trina monitio, quæ fit incorrigibilis, sententiae degradationis, seu privationis æquivalere videtur. Ita Gloss. ad quidem. cap. 1. de Apostat. Coarctuias pract. 99. cap. 31. num. 2. Julius Clar. Paragraph. final. question. 36. numer. 23.

Crediderim, requiri necessario authenticam declarationem incorrigibilitatis, & regulariter degradationis, seu privationis sententiam. Legem Ferdinandum de Castro Palao tractatu 22. de immunit. person. Eccles. late hoc probans.

DVBIUM CVII.

Omnia requisita, ut Clericus fori privilegio gaudeat, requiruntne ut privilegio Canonis perfruatur?

REquiruntur quidem. Quia ex Tridentino sess. 23. cap. 6. hæc omnia requiruntur, ut Clerici in minoribus constituti privilegio fori gaudeant, scilicet, tonsuram, & habitum Clericalem communiter gestare, & ex licentia Episcopi alicui Ecclesiae inferuire, vel in aliqua publica Academia litteris vacare, sed privilegium Canonis inferius est fori privilegio, quippe privilegium Canonis iure tantum positum est introductum: privilegium vero fori ex iure diuino provenit. Ergo Clerico, cui non competit fori privilegium, nec Canonis competere debet. Sic Mánuel. lib. 1. sum. cap. 80. num. 17. Bannes 2. 2. quaest. 12. art. 1. diff. 3. Suarius disp. 22. sect. 1. num. 11. Coninch. disp. 14. dub. 15. n. 164. & alij.

Non requiruntur. Quia iure communi Clerico in minoribus ordinibus constituto concessum erat Canonis privilegium, tametsi alicuius Ecclesiae servitio non fuisset addictus, neque in aliqua Schola ex licentia Episcopi versaretur. At Tridentinum solum restringit privilegium fori: ergo privilegium Canonis sub dispositione iuris communis est relatum, iuxta Leg. Præcipimus. Cod. de appellat. Sunt enim hæc privilegia omnino distincta. Ita Nauar. lib. 5. consil. tit. de privileg. cons. 24. Molina tractat. 3. de iustit. disputation. 54. numer. 9. Auila part. 1. cap. 1. disputation. 2. dubio 9. conclusion. 3.

Hoc teneo sciens ita Sacram Congregationem declarasse. Præterea licet Canonis privilegium inferius sit privilegio fori, est tamen personis Ecclesiasticis, eorumque statui magis est necessarium, cum grauius offendantur ex vexatione personali, quam ex forensi iudicio. Præterquam quod privilegium fori cedit aliqualiter in laicæ potestatis diminutionem: at privilegium Canonis in nullius cedit præiudicium. Ergo mirum non est, plures conditiones pro privilegio fori requiri, quam pro Canonis.

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 243

nis privilegio. Demum Tridentinum haud est nobis contrarium. Non enim dixit, seruandam esse constitutionem Bonifacii VIII. in cap. Clerici, de Clerico coniug. in 6. pro omnibus Clericis, sed pro Clericis coniugatis; hi enim nec privilegio fori, nec Canonis gaudent, nisi conditiones à Concilio præscriptas obseruent.

DUBIUM CVIII.

Clericus se ipsum vulnerans, afflicturne hac Excommunicatione?

⁴⁷⁰ *Excommunicatio afflicturne.* Si quis seipsum malitiose occidat, aut vulneret, vel sui occisionem, aut vulnerationem iniuriosam consulat, aut præcipiat, hac Censura efficitur. Quia de ipso verificatur violentas manus in Clericum inicere. Sic Abbas ad cap. Contingit. Nauarra summ. cap. 27. num. 78. Sayrus lib. 3. cap. 16. num. 20. Suarius disput. 2. sect. 1. num. 59. Coninch. disput. 14. num. 170. Bonacina disput. 2. de excommunicat. question. 4. puncto 2. sine.

⁴⁷¹ *Non afflicturne.* Non afficitur. Quia Pontifex videtur locusus de tertia persona offendente, & ab offensa distincta. Ut colligitur ex illis verbis: Si quis, suadente diabolo, manu violentas in Clericum intulerit. Ita probabiliter Suar. & Bonac. citati.

⁴⁷² *Præsumptio hæc.* Existimo hoc probabiliter sustineri posse, attamen à prima sententia communi equidem non esse recedendum.

DUBIUM CIX.

Si quis post mandatum, vel consilium Clerici percutiendi, id reuocet ante patratum delictum: liberaturne ab hac Censura, etiamsi mandatario sit huiusmodi reuocatio ignota?

⁴⁷³ *Nonnulla suppono.* Si quis, extendi hanc excommunicationem ad mandantes percutiendum, debereque subsequi, ut mandans, vel consulens excommunicatione innodetur. Quod si posito mandato, vel consilio, poenitentia ductus mandatum reuocet ante patratum delictum, quæsierim, num. ut ab excommunicationis liberetur incursione, sit necessarium, ut reuocatio hæc mandati nota mandatario sit?

⁴⁷⁴ *Necessarium non est.* Necessarium non est, præcipue cum impossibile est ad notitiam mandatarij venire. Quia non videtur credendum affici excommunicatione, qui ex poenitudine reuocauit mandatum vel consilium, cum iam illius peccati reus non est, sed in gratia existit. Sic Glossa ad cap. Cum quis, de sent. excomm.

⁴⁷⁵ *Necessarium est.* Necessarium est, reuocationem notam fieri mandatario, vel ei, qui consilium id accepit. Quia dum reuocatio mandati, vel consilij eis nota non est, præsumendi necessario sunt ex vi mandati, vel consilij moueri ad percussione. At excommunicatio lata est in eos, quo-

rum mandato, vel consilio Clericus offenditur, ergo. Ita Bonacina de Censur. in par. disput. 2. quest. 1. punct. 6. sect. 1. §. 1. num. 4. Suarius disput. 44. de Irregul. sect. 3. num. 3. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 17. Layman. lib. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 5. num. 7. Auila part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 7. conclus. 2. Molina tractat. 3. dispensation. 5. num. 3. Coninch. disputat. 14. dubio 15. numero 176 & 183.

Hanc sententiam vnice tenendam existimo. Cui non obest, quod eo tempore, quo ille excommunicationem contrahit, in gratia existat. Quia ad contrahendam excommunicationem sufficit & irregularitatem, non est opus delictum formaliter committi tempore contractionis: sufficit, si antea sit patratum. Vt contingit in eo, qui propinato veneno, vel emissa sagitta, Clericum occidit, cuius delicti ante Clerici mortem poenituit, qui non ideo ab excommunicatione, & irregularitate excusatur. Quia his poenis contrahendis sufficientem causam præstitit, hæque poenæ simul cum gratia Dei compatiri possunt.

DUBIUM CX.

Mandauit quis, vel consuluit Clerici percussione, sed postea sufficienter prudentis arbitrio reuocauit mandatum, vel consilium: Hec reuocatio sufficitne, ut ab Excommunicatione incursione liberetur?

⁴⁷⁶ *Nonnulla suppono.* Ad hanc excommunicationem vitandam non sufficit reuocationem mandati, vel consilij notam fieri mandatario, vel consiliario, ut Dub. 150. vidimus, sed opus est ut reuocatio efficax sit, & mandati, aut consilij positi motionem tollat, alias delictum ex vi mandati vel consilij patratum censetur. Coninch. disputat. 14. dub. 15. numero 183. Molina tractat. 3. disput. 5. num. 3. Quæsierim vero, si mandatum, vel consilium quis sufficienter reuocet arbitrio prudentis, attamen mandatarius, vel consiliarius illo prius dato permouetur ad facinus perpetrandum, vel quia credit reuocationem fieri non serio, & ex animo, sed fide, & ob poenam vitandam: vel quia rationes pro reuocatione allatæ non destrunt præcedentes, an in excommunicationem huius Canonis incidat?

Non incidit. Quia facta reuocatione mandati, vel consilij, de se efficaci, non est censendus mandatarius, vel consiliarius eo moueri, sed ex malitia, cum reuocationi stare possit, & debeat. Sic Syluest. verb. Homicidium 1. num. 11. Nauarra de restit. lib. 3. cap. 4. num. 27. Layman. lib. 1. tractat. 5. part. 2. capit. 5. numero 7. Auila part. 2. capit. 5. disputat. 3. dub. 7. conclus. 3.

Incidit plane. Quia facinoris causa fuit medio suo mandato, vel consilio, quod de facto illa reuocatione remouere non valuit. Quem admodum in excommunicationem incidit, qui propinato veneno Clericum occidit, tametsi diligentiam ad impediendum damnum adhibuerit. Ita Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. numero 18. Coninch. disputat. 2. dub. 15. num. 183. Anton. Gomez lib. 3. resolut. cap. 3. num. 40. & 44. Molina

476

Hanc sententiam vnice tenendam existimo.

477

Nonnulla suppono.

478

In Censura non incidit.

479

Incidit quidem.

Molina *tractat. 3. disputat. 52. num. 2.*
 & 3. Nauarr. *summa capite 27. nume-
 ro 33.*

480
 Auctoris
 resolutio.

Crediderim, reuocantem mandatum, vel consilium sufficienter prudentis arbitrio, excommunicationem, neque irregularitatem, aut restituendi obligationem contrahere. Quia eo casu præsumi non debet, mandatum, vel consilium causam esse delicti. Quod si rogites, quando nam censeatur quis mandatum, vel consilium sufficienter reuocasse? Respondeo sufficienter reuocatum, si verbo, Epistola, vel intermuncio serio reuocationem mandatario, vel consiliario signi ficeret.

DVBIVM CXI.

*Ad hanc Censuram incurrendam satisne
 est non impedire percussorem cum
 possis: sed debes esse ex
 iustitia obli-
 gatus?*

481
 Censuram
 incurris.

Incurris Censuram tametsi solum ex charitate obligatus sis impedire Clerici percussorem. Quia textus in cap. *Quanta* absolute & sine restrictione loquitur de iis omnibus, qui manifesto facinori desunt obuiare, cum possint. Sic Suarius *disputat. 22. section. 1. numer. 56* Fillicius *tractat. 15. numer. 31* Sayrus *lib. 3. cap. 26. numer. 24* Medina *Cod. de restitu. quæstion. 7.*

482
 Non incur-
 ris.

Censuram non incurris non impediens cum solum potes, nisi ex iustitia sis obligatus. Quia ille consensus in percussorem Clerici consensus est hac Censura puniri, qui secundum moralem estimationem fauor, & auxilium esse reputatur, ut constat ex illis verbis, *Eos delinquentibus fauere interpretatur: & præterea qui statui Clericali iniuriolosus est. At qui solum ex charitate, sed non ex officio tenetur percussorem impedire, moraliter non censetur percussioni fauere, neque iniuriolosam actionem Clericali statui præstare. Nam omittens ex charitate solum negative se habet, non positive etiam moraliter, ideoque damna ex facinore secuta ei non imputantur. Ita Nauarr. *sum. c. 27. n. 78* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 6* Bona. *d. 2. de Cens. q. 4. p. n. 1. §. 2. n. 8* Molina *tr. d. 52. n. 6* Coninch. *d. 14. n. 174* Auilap. *2. c. 3. d. 3. dub. 8* Henriq. *l. 14. c. 12. n. 7. litt. H.**

483
 Hoc defen-
 do.

Hoc ego adeo verum existimo, ut licet ex odio, & prauo affectu omittas impedire percussorem, adhuc te hac Censura non illigari. Quia non ob prauum effectum, sed ob actionem iniuriolosam hæc excommunicatio est lata. Neque prauus affectus constituit omissionem iniuriolosam, si ex se iniuriolosam non est. Illi autem censentur ex iustitia obligati ad percussorem impediendam, quibus percutientes subduntur. Quin imo ille, qui videt, seu probabiliter timet nomine ipsius percussorem esse patrandam, ex iustitia obligatus est ad illud damnum impediendum, ut placet Molina *tr. 2. d. 729. nu. 6.* & Nauarro *c. 27. n. 231.*

DVBIVM CXII.

*An Paterfamilias possit filium etiam in
 Sacris constitutum moderate puni-
 re sine huius Censura in-
 cursione?*

Vidimus *section. 1.* plures esse causas ab hac Censura excusantes, inter quas correptionis titulum annumerauimus. Vnde licitum præmittitur est Prælo Ecclesiastico, & Magistro discipulum Clericum etiam in Sacris constitutum vinculis illigare, & castigatione moderata punire, pro ut ratio culpæ, & personæ qualitas exigat, & fuerit consuetudine receptum. Cap. *Ex tenore. Cap. Cum voluntate, de sentent. excomm.* Sub Magistro venit intelligendus Pedagogus, & quicumque alius, qui ad honestum aliquid docendum, vel in officio Clericos continendos assumitur. Molina *disputat. 56. num. 3.* De patre vero, grauis est dubitatio, num filios, & con sanguineos etiam in Sacris constitutos possint moderate punire? Dixi, *Etiam in Sacris constitutos.* Nam si in minoribus constituti sint, omnes conveniunt, moderate puniri posse. Cum voluntate, de sent. excomm.

Paterfamilias potest filium sibi subdimm etiam constitutum in Sacris punire. Quia Sac. *Paterfamilias* non eximit filium à patria potestate, sed æque patri subdimm relinquit, ac antea erat. At antea poterat pater filium moderate corrigere, pro ut culpæ qualitas, & personæ exigat circumstantia: ergo etiam poterit sacris initiatum. Sic Diu. Antonin. *3. part. titul. 24. cap. 1. §. 2. casu 12* Nauarr. *sum. cap. 27. num. 82* Auila *part. 1. cap. 5. disputat. 3. dub. 11. casu 1* Suarius *disputat. 24. section. 1. num. 49* Fillicius *tractat. 15. cap. 1. quæstion. 1.* Coninch. *disputat. 14. numer. 192* Bannes *2. 1. quæstion. 65. articuli. 2.* Valentia *2. 2. quæstion. 9. puncto vniço, & alij.*

Patrifamilias concessum non est correctionis gratia filium punire in sacris constitutum. Quia in Canon. *Si quis suadente* omnibus generaliter est prohibitum, violentas manus in Clericum iniicere. At nullibi concessum est patri correctionis gratia in filium sacris initiatum manus iniicere violentas, quin potius colligitur, id expresse esse prohibitum eodem in Canone, à contrario sensu ducto argumento. Si quidem ibi conceditur patrifamilias punire correctionis gratia adolescentem in minoribus gradibus constitutum: ergo tacite denegatur potestas puniendi, cum filius est constitutus in sacris. Ita Gloss. *ad cap. Cum voluntate, ver. b. Insuperiorum graduum* Hostiens. Abbas, Butri. & Zabarel. *ibi.* Angel. *verb. Excommunicatio §. casu 1. §. 10.* Molina *tractat. 2. disputat. 228. & tract. 3. disputat. 56. numer. 6* Layman. *lib. prim. tractat. qui t. part. secund. cap. quint. numer. 9.* Et sub dubio Sorus *lib. 5. de instit. quæstion. 1. articuli. 2.*

Idem affirmo. Quia potestas concessa patrifamilias conceditur propinquis comparatione propinquo, qui sunt in minoribus gradibus constituti cap. *Cum voluntate.* At propin-

Seet. II. De Excommunicat. Dubia. 245

quis non permittitur, constitutos in Sacris percutere. Ergo nec parenti est permittendum. Verum ob reverentiam Sacri Ordinis non est permittendum Prælati Episcopo inferioribus per alium, Clericum corrigere, & casu quo aliquando id necessarium fuerit, cauetur, ut fiat per Clericum, & non per laicum. Quia indecens est, laicum manus violentas in Clericum iniicere, etsi correctionis gratia fiat. At regulariter paterfamilias laicus est: Ergo credendum est correctionem filiorum saltem qui sunt in Sacris constituti, ei esse prohibitam.

DUBIUM CXIII.

An Magistri Clericos discipulos possint per laicos punire

illa per alium facta tribuitur, ut notatur cap. *Ut fama, de sent. excom.*

DUBIUM CXIV.

Ut percussus Clericum cum vxore, matre, sorore, aut filia inuentum ab hac censura excusetur, debetne cum in continenti percutere?

O difficultatem, quam ius Canonicum agnoscit temperandi dolorem, cohibendique vindictæ impetum in eo, qui videt suam uxorem, matrem, sororem, aut filiam turpiter ab aliquo Clerico pollui, percussorem illius ab hac excommunicatione excusat. Cap. Si vero, de sent. excomm. Censetur autem turpiter Ecclesiasticus agere, non solum si in actu fornicationis inueniatur, sed etiam si vacans amplexibus, osculis, aliisve tactibus turpiter sit inuentus. Solum est difficultas, an ut percussus Clericum cum vxore, matre, sorore, aut filia turpiter agentem, ab excommunicatione liberetur, debeat necessario eum in continenti percutere?

Non debet necessario, sed etiam si post longum tempus percutiat excommunicationem non incurret. Quia restrictio hæc, quod percussio in continenti fiat apponitur in clausula antecedenti, ubi sermo est de defensione propria; Ergo tacite indicatur huic clausule non esse necessarium accommodandam. Præterea hæc percussio non est, quæ excusatur ob titulum defensionis, sed ob difficultatē grauē temperandi tristitiam, & dolorem ex iniuria conceptum, cohibendique vindictæ impetum. At hæc difficultas etiā transacto actu subsistit: quippe iniuria illata, & læsus honor perseverat. Sic quidam Doctor, quam presso nomine affert Castro Palao de Censur. disputation. 3. punct. 23. Paragrapho tertio num. 14.

Necessario debet percussio in continenti fieri, nec alias erit percussus ab excommunicatione liber. Quia Cap. Si vero textus solum excusat eum, qui percussit Ecclesiasticum turpiter inuentum cum vxore, matre, filia, vel sorores percussus. At si post delictum commissum percutiat, non percussit formaliter inuentum, sed quem actu inuenit; sed percussit alio tempore repertum. Non igitur potest à censura excusari. Ita Palao citatus Bonac. tomo tertio de Censur. in partic. disputatione secunda questione 3. punct. 6. sect. 4. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 8. Molina tr. 3. d. 7. c. d. 5. n. 5. Suar. d. 2. sect. 1. n. 35. Sayr. l. 3. c. 27. n. 23.

Hoc omnino dicendum existimo. Neque enim fundamentum primæ sententiæ validum est. Satis enim expresserat textus, percussio nem in continenti fieri debere tum verbo illo *Inuentum*, tum ratione decidendi: quippe transacto delicto facilius dolor sedari, temperare potest, minusque vindictam excitat, quam cum præsens est oculisque obicitur.

Scio, punitionem huiusmodi Prælati per se ipsos geri esse permittum: nec posse per alios eam præstare, nisi aliqua necessitas urgeat: & tunc non per laicum, sed per Clericum correctio est adhibenda Cap. *Vniuersitatis, de sentent. excomm.* At etsi hoc verum sit ex rigore iuris, consuetudine autem est introductum, ut Prælati mediis laicis Ecclesiasticos capiant, & in vincula coniciant, & publica flagellorum punitione afficiant, etsi fuerit opus, torqueant ac in tirenibus puniant. Prælati vero Regularibus privilegio Alexandri VI. relato in Comp. privileg. Minorum, verb. *Absolutio ordinaria*, §. 20. & indulto Leonis X. ibidem commemorato §. 27. concessum est, ut disciplinæ causa Religiosos Clericos sibi subditos diuerberent mediis aliis Religiosis etiam laicis, siue conuersis. Quo privilegio aliorum Ordinum Prælati fruuntur per viam communicationis. De Magistris vero grauior est dubitatio, num Clericos Discipulos per laicos punire possint?

Non possunt. Quia Prælati & Iudicibus Ecclesiasticis solum capturam, torturam, & publicam punitionem per laicos geri, non autem secretam punitionem, & que punitum non infamat. At Magistris sola punitio concessa est: Ergo nequeunt illam mediis laicis exercere: iam enim videretur punitus infamari. Omnes sic communiter.

Possunt equidem. Quia spectato iure naturæ hæc correctio non est illicita: non enim potest violentia reputari. c. *de sent. excomm.* At iure positivo solis Prælati & Iudicibus Ecclesiæ interdictum, ne Clericos, vel Religiosos mediis laicis corrigan, c. *Vniuersitatis, de sent. excomm.* Cui dispositioni magna ex parte derogatum est c. *Ut fama, eodem tit.*, & c. *Si Clericus eodem tit.* in 6. Ergo cum Magistris, parentibus, & propinquis non sit prohibitum discipulos Clericos per laicum punire, id absque timore excommunicationis præstare poterunt. Ita Molina d. 56. nu. 8. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 9. Coninch d. 14. n. 192.

Hos sequor. Quia Magister laicus potest Clericum in minoribus constitutum punire, & pater filium, & propinquus sibi aliquantulum subditum: ergo poterit medio alio laico eam punitionem præstare, partim quia in ea punitione nulla iniuria deprehenditur argum. c. *Si Clerici*; partim quia ipsis Magistris potius quæ executoribus punitio

Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

Y DUBIUM

DVBIVM CXV.

*Qui Clericum turpiter cum uxore, matre, filia, aut
sorore acturum ex industria obseruat, &
secreto expectat, venientemque
percutit, libere est ab
hac censurâ*

496
*Liber non
est.*

Liber non est. Quia occasionem præsen-
tem doloris removere facile poterat, ac
debebat. Ergo dignus non est, ut Ecclesiæ beni-
gnitatem experiatur, quæ immunitatem Cen-
sura concedit ob dolorem conceptum ex oc-
casione percussori inuoluntaria. Et quia textus
exigit ad vitandam censuram, ut percutiat tur-
piter inuentum, hoc est casu, & præter intentionem
inuentum, non tamen de industria requi-
situm. Sic Laym. l. i. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 8.

497
Liber est.

Est liber. Quia ea secreta obseruatio, & oc-
cultæ expectatio delinquentis, neque occasio
est, ut ille delinquat: neque impedit, quin tur-
piter agentem inueniat, et si inueniat quæsitum
& expectatum. Ita Bonac. de Cens. in par. d. 2.
q. 3. pun. 6. sect. 4. n. 6. Coninch. d. 1. q. n. 196. Aui-
p. 2. c. 6. d. 3. dnb. 13. casu 16. Molina d. 51. Nauar.
l. 5. consil. iii. de sent. excom. consil. 41. sine. Et in sum.
c. 27. n. 84.

498
*Hanc sen-
tentiam
munem sane
amplector.*

Fateor mei Pauli Laymani ratione admodum
efficaces esse, sententiæ tamen communi con-
trarium defendenti adherere decerno, casu quo
in expectante, & obseruante dolus absit. Nam
si per dolum, vel fraudem delinquentem Cle-
ricum adduceret, ut in delicto deprehensum
percuteret, minime censuram effugeret huius
Canonis. Equum enim non est ut Ecclesia de-
ceptionibus faueat iniquis. Præterquam quod
in eo euentu non percutit turpiter agentem inuen-
tum sed quæsitum, ac dolose adductum.

DVBIVM CXVI.

*Si superior Religiosi exempti potestatem habeat
eum ab hac censura absoluendi, & renuat ab-
solutiorem impetire: potestne eo inconsulto,
pro absolute impetranda Episcopo subici?*

499
*Nonnulla
suppono.*

Suppono de Prælati consensu posse Episco-
pum Religiosos exemptos ab excommuni-
catione hac absoluere ex Cap. Luminoso 18.
question. 2. ubi habetur, Episcopum posse exer-
cere iurisdictionem de consensu Abbatis in
Monasterio exempto. Quod si Prælati impo-
tens hanc absolutionem præstandi nolit eam
licentiam Religioso concedere, poterit ipse
Religiosus ex tacito suæ Religionis consen-
su Episcopum adire, & ab eo absolutionem
impetrare. Verum si superior Religiosi exem-
pti potestatem habeat eum ab excommunica-
tione aliisque peccatis absoluendi grauis est
difficultas, an possit Religiosus, superiore re-
nuente concedere absolutionem, eo inconsul-
to Episcopo pro impetranda absolutione
subiici?

500
*Potest, qui-
dem.*

Potest quidem. Quia exemptio in fauorem
Religiosorum facta est: Possunt ergo ipsi dede-

re, argum. Cap. Ad Apostolicam, de Regulari,
& Leg. In conscribendo, Cod. de Episc. & Cleric.
Sic Federic. Ioan. de Lignano, & alij relati
à Panormit. ad Cap. Significasti, m. 11. de foro
compet. & à Syluestro verb. Absolutio quinta
num. 2.

Minime potest. Quia hoc privilegium exem-
ptionis non tam in fauorem singulorum Reli-
giosorum, quam totius Religionis est introdu-
ctum: Ergo Religiosi singuli ei cedere non pos-
sunt. Et quia vi huius exemptionis Religio-
si sunt ab Episcoporum iurisdictione extracti
& integrè, ac plenè suis Regularibus Prælati
subiecti. Cederet autem in iurisdictionis Regu-
laris præiudicium, si vnusquisque Religiosus
se pro libito ab ea subtrahere posset. Ita Syl-
uester, alique Doctores, quos refert, ac sequi-
tur Sanchez libr. 4. Decalog. cap. 39. numer. 29.
32. & 36. Molina disp. 61. num. 3. Bonac. tom. 3.
de cens. in par. disp. 2. quæst. 3. punct. 6. section. 5.
num. 9.

Hoc omnino tenendum. Nam ex eo, quod
Archiepiscopus nequit iurisdictionem in suf-
fraganeos exercere nisi in certis casibus, non
possunt suffraganei pro libito, & inconsulto
suo proprio Prælati, Archiepiscopo subici pro
absolutione impetranda. At Episcopus in Re-
ligiosos exemptos minorem habet iurisdictionem,
quam Archiepiscopus in suffraganeos, ut
bene ponderat Panormit. ad Cap. Signi-
ficasti, Ergo minus possunt Diocesano
subiici.



CAPVT XV.

*Circa Excommunicationes
summo Præsuli refer-
endas.*

DVBIVM CXVII.

*Si Index Incendiarius excommunicatum pu-
blice, eiusque absolutio est Pontifici re-
seruata?*



SUPPONO ex Dnb. Sequenti, non
nullum incendiarium ipso in-
re excommunicatum esse, sed circa
excommunicandum per senten-
tiam. Cap. Si quis, & Cap. Fessis, primum
mam. Quæsierim vero, num contracta excom-
municatione, si Index excommunicatum
publicet, eius absolutio sit Pontifici re-
seruata?

Reseruata non est. Quia eo ipso, quod
incendiarij ab Ordinario excommunicantur, non est
tutur, & publicantur excommunicati, ad
ipsum videtur pertinere posse impetire ab-
solutionem. Sic teste Toletio libro primo
capite trigesimo quinto numero quarto plures
Doctores.

Est

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 247

Est reseruat. Quia publicata sententia, Pōtiffex sibi reseruat absolutionē, iuxta dispositionē c. *Pessimā* vbi Episcopis, & Archiepiscopis prohibet sententię aduersus incendiarios relaxatiōnem. Ita Omnes communiter.

Hanc sententiam veram vnice crediderim, cum Pontifex adeo disertē cap. *Pessimā* suam indicet intentionem.

DUBIUM CXVIII.

An omnis incendiarius sit ipso iure excommunicatus?

latam fuisse ante publicationem.

DUBIUM CXIX.

Si incendiarius excommunicationem hanc contrahat sufficiens factam esse generalem incendiariorum publicationem?

Vidimus contracta ab incendiario excommunicatione, si Index excommunicatum publicet, eius absolutionem esse Pontifici reseruatam; sed qualis debeat esse publicatio non conuenit inter Doctores. Quæserim itaque an sufficiat generalis publicatio, qua Dīcelanus publice pronunciet, omnes incendiarios esse excommunicatos?

Sufficit. Quia textus de publicatione sententię contra incendiarios, quatenus hoc vitio affecti sunt loquitur: non de publicatione personarum, quatenus tales sunt. Sic Suar. disp. 2. 2. sect. 2. nu. 18. Filliuc. tr. 15. nu. 53. Bonac. tom. 3. de cens. in partic. d. 2. q. 3. pun. 43. n. 6.

Non sufficit generalis publicatio, sed specialis, & expressa delinquentium publicatio fieri debet. Quia illa generalis publicatio quas omnes incendiarios excommunicatos esse declarat, posito quod huic crimini per generalem sententiam excommunicatio annexa sit, superflua est, cum satis omnibus constet posita tali sententia incendiarios excommunicatos esse. Non igitur credendū est de hac generali publicatione textū loqui, quā non est publicatio personarum, sed delicti. Ita Glof. & Abbas ad c. *Tua nos*, Caiet. v. Excommunicatio. c. 2. Nauar. sum. c. 27. n. 94. Sayr. l. 3. c. 29. n. 12. Tolet. l. 1. c. 35. n. 4.

Probabilior hæc mihi sententia. Nam ex vi illius generalis publicationis nullus incendiarius notus est, sed æque occultus manet, ac si nulla publicatio facta esset. At textus videtur loquutus de publicatione, qua delinquentes publicetur, manifestetur, ac noti sint. Argum. Extrinsec. Ad euitanda scandala. Ergo loquutus non est de generali illa publicatione.

DUBIUM CXX.

An effractores spoliatoresque Ecclesiarum sint ex cap. Conquesti. excommunicati?

Ap. Cum conquesti. 2. excommunicatione reseruatā sūt puniti Ecclesiarum effractores, & spoliatores. Grauis autem est controuersia, num eo in textu feratur ipso iure excommunicatio, an supponatur alibi lata; vnum enim ex his necessario est affirmandum. Nam cum Pontifex præcipiat Ordinariis hos delinquentes excommunicatos nunciari, vt arctius euitentur, sit plane excommunicatos esse iam, vel in hoc textu excommunicari. Enunciatio enim & publicatio excommunicationem supponit. Quæserim itaque, num in prædicto textu Conquesti feratur ipso iure excommunicatio?

Y 2

Non

510
Quæstio
status.

511
Sufficit quidē.

512
No sufficit.

513
Probabilius
hoc mihi.

514
Nonnulla
de offractione
Ecclesiarum
præmittit.

505
Reseruat
est.

506
Hoc vnice
verum.

507
Ipso iure
est
excommunicatus.

508
Non est
ipso iure
excommunicatus.

509
Verum.

⁵¹⁵ Non fertur in hoc textu, sed lata est in c. Canonica 11. q. 3. ibi: Ecclesiarum Dei violatores anathemate, & iudicio S. Spiritus e gremio Sanctae Matris Ecclesiae, & consortio totius Christianitatis eliminamus. Et Cap. Omnes Ecclesiae 17. q. 4. ubi Lucius Pontifex ait: Omnes Ecclesiae raptiores, atque suarum facultatum alienatores a liminibus Sanctae Matris Ecclesiae anathematizamus. Sic Glof. & Panormit. ad Cap. Conquesti. Nauar. summ. c. 27. n. 94. Caiet. v. Excommunicatione c. 21. & alij.

⁵¹⁶ Fertur in hoc Cap. Conquesti, ex aliis vero textibus non satis colligitur. Fertur inquam tacite. Quia cum denunciatio excommunicationem necessario supponat, & hac excommunicatione lata non sit, textibus antiquioribus, ut ostendam illico: fit plane hoc c. Conquesti excommunicationem ferri. Sensus enim illorum verborum, Memoratos Sacrilegos excommunicatos nunciatis, est, Nunciatis eos Sacrilegos esse excommunicatos, quia ex nunc eos excommunicamus, sicut si Pontifex diceret: ita est, memorati Sacrilegi noverint, se esse excommunicatos nunciandos Ita Azor. p. i. l. 9. c. 27. qu. 12. Tolet. l. 1. c. 35. n. 6. Sayr. l. 3. thes. c. 29. n. 14. Suar. d. 22. sect. 2. n. 10. Reginald. l. 19. n. 60. Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat. 50. n. 90.

⁵¹⁷ Hanc sententiam censio esse veriore. Nam ex textibus pro prima sententia allatis non satis colligitur, excommunicationem contra Ecclesiarum effractores latam esse. Et quidem Cap. Canonica, & Cap. Omnes Ecclesiae non statuunt legem, neque excommunicationem imponunt Ecclesiarum violatoribus, sed referunt, quid in illo delicto Ecclesia praestare soleat, ut ex textuum tenore liquet.

D V B I V M C X X I.

Spectato iuris rigore, nomine Ecclesiae effringende intelliguntur ne Hospitalia, Monasteria, aliave similia loca?

⁵¹⁸ *Intelliguntur nomine Ecclesiae.* Nominem Ecclesiae, quae ab effractore laedenda est, ut hac censura puniatur non solum intelligitur ex iuris rigore Templi auctoritate Episcopi ad officia divina deputata, sed etiam Hospitalia, Monasteria aliave huiusmodi loca. Quia hac constitutio lata est in Ecclesiarum favorem, ac proinde nomen Ecclesiae late est accipiendum. Sic Panormit. ad cap. Conquesti. Nauar. sem. c. 27. n. 94. Filliuc. r. 15. c. 2. q. 6. Sayr. l. 3. thes. c. 29. n. 18. Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat. 50. n. 90.

⁵¹⁹ *Non intelliguntur.* Nominem Ecclesiae, spectato iuris rigore, non intelliguntur Hospitalia, Monasteria, aliave similia loca, sed tantum Ecclesiae auctoritate Episcopi ad divina officia deputata. Quia esto haec constitutio in Ecclesiae favorem cedat, absolute tamen penalis est: igitur non debet ultra verborum proprietatem extendi. Ita Castro Palao de Censur. disputat. 3. punct. 24. numer. 12. & alij.

⁵²⁰ *Hoc verum, & idem de Sacrilegia ostendit.* Existimo verius, retenta proprietate verbi Ecclesiae, usqueque communi, eius nomine non venire Hospitalia, ac Monasteria, ut de se constat. Vnde crediderim adversus Suarium d. 22.

sect. 2. n. 11. & Barbosam alleg. 50. n. 90. nec etiam Sacrilegia, tamen Ecclesiae coniunctam, intelligi. Quia non est formaliter Ecclesia, sed quid Ecclesiae accessorium: alias Conventus Ecclesiae annexus, & contiguus intelligendus Ecclesia esset. Neque obest Regula Accessorium, quia Sacrilegia accessoria est Ecclesiae, quoad aedificium, sed non quoad legis poenam vel favorem spectantes, nisi id expresse cautum fuerit, sicut in materia Interdicti cautum est c. Si Civitas, de sentent. excommuni.

D V B I V M C X X I I.

Mandans, vel praecipiens aliquam actionem, qua duxerunt ij, qui Censuras excommunicationis, suspensionis, vel Interdicti tulerint, in odantur ne excommunicatione Cap. Quicumque de sent. excommuni. in 6.

⁵²¹ *De veritate, cum, qui censuras fert.* Haec excommunicatio lata est in eos, qui vexaverint illum, qui censuras tulerit. Cogit enim omnes, ac singulos cuiuscumque conditionis & qualitatis sint, qui occasione laetiae censurae vexaverint occidendo, vel capiendo, vel aliquo modo gravando in personis, aut bonis suis, & saoribus, eos qui praestitas Censuras promulgare: vel eos, quorum occasione promulgatae sunt: vel qui eas observant, seu cum excommunicatis communicare nolunt. Item comprehendit eos, qui ad haec facinora patranda licentiam praebent, nisi forte ante patratum crimen licentiam revocaverint. Quaesierim vero, an mandans, & praecipiens aliquam ex his actionibus, hac excommunicatione innodetur?

Non innodatur, nisi is, qui mandatum dedit, publicam habeat auctoritatem. Quia textus loquitur de concedente licentiam, non de mandante. Concedens autem licentiam necessario auctoritate publica fungi debet. Sic Bonacin. disputat. 2. quaestione tertia punct. 15. numer. 6.

⁵²² *Non innodatur.* Innodatur quidem. Quia mandatum, vel preceptum ferri non potest, nisi ab eo, qui a natura, vel ex divino iure, vel ex Reipublicae concessione superior est. Si igitur hac excommunicatio ob licentiam contrahitur, a fortiori ob mandatum contrahitur: cum potius mandatum, quam licentia publicam requirat auctoritatem. Ita Castro Palao de Censur. disputat. tertia puncto vigesimo quinto numero septimo.

⁵²³ *Innoderetur.* Huic sententiae lubens adhuc monens ab hac excommunicatione infra duos menses Episcopum imo & Parochum absolvere posse: illis vero elapsis, solum summum Praelectum.

D V B I V M C X X I I I.

In Clement. Religiosi, de privileg. excommunicantur Religiosi Sacramentum Extrema unctionis vel Eucharistiae absque

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 249

que Parochi licentiamini rantes sub
nomine Religiosi comprehenduntur
Nouijse

⁵²⁵
Comprehenduntur quidem Sacerdotes noui.
tj. Quia hi privilegijs professorum fruuntur
ergo illorum oneribus debent pergruari. Sic
Syluest. v. Excommunicatio 7. numer. 31. Nauarr.
summa. capit. 27. numer. 102. Sayr. libr. 3. capit. 29.
numer. 27. Alterius libr. 5. disp. 22. cap. 3. vers. Ad
clariorum.

⁵²⁶
Minime comprehenduntur. Quia licet no-
uitij in fauorabilibus sub nomine Religiosi
comprehenduntur, non tamen in pœnis. Ita
Filliuc. tr. 1. §. 1185. Bonac. tom. 3. de cens. in part.
d. 1. q. 9. pun. 5. n. 28. Suar. d. 22. sect. 4. n. 2. Abbas
ad Rubr. de Regular.

⁵²⁷
Communis est Doctorum sententia, noui-
tios sub nomine Religiosi non comprehen-
di in oneribus, vel pœceptis, licet in fa-
uorabilibus comprehendantur. Quia constitu-
tiones pœnales restringenda sunt, earumque
verba cum proprietate accipienda.

DUBIVM CXXIV.

An nomine Religiosi intelligantur soli Religiosi
exempti?

⁵²⁸
De solis Religiosis exemptis hæc constitu-
tio intelligitur. Quia ex Rubrica sub qua
fit, colligitur, hoc asserendum; est enim De
Religiosis privilegiatis, seu exemptis ratione
privilegiatorum. Et quia non exempti non indi-
gebant hac coercitione, cū possent ab Ordina-
riis, sicut alij Sacerdotes seculares cohiberi. Sic
nonnulli quorum sententiam Casro Palao de
cens. disp. 3. punct. 26. numer. 5. probabilem esse
fatetur.

⁵²⁹
Non de solis Religiosis exemptis, sed de
aliis non exemptis intelligenda est constitu-
tio. Quia in textu nulla est restrictio, Rubrica
autem restringere textum nequit, cum lex nō
sit, nec à Pontifice constituta. Ita Sayr. l. 3. c. 29.
numer. 27. Suar. d. 22. sectio. 4. numer. 4. alios citans.
Filliuc. tr. 1. §. 1186. Bonac. disp. 2. quest. 9. punct. 5.
numer. 7.

⁵³⁰
Fateor in primam inclinare sententiam. Nā
rationi, qua secunda nititur, responderi possit,
ex ipsa Rubrica indicari, textum sub ea restri-
ctione obligare: cum ex consensu, & approba-
tione Pontificis sub eo titulo constitutur.

DUBIVM CXXV.

An ut Religiosi hac excommunicatione inno-
dentur, debeant necessario esse
Sacerdotes?

⁵³¹
UT Religiosi hac censura illigentur, prohi-
bitas actiones præstando nō debet esse Sa-
cerdotes necessario, sed sufficit si Religiosi sint,
imo etiā Modiales hac censura innodantur, si
aliqua ex prohibitis actionibus exerceant. Quia
Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

textus absolute, & absque vlla distinctione Re-
ligiosis interdicit ministracionem Eucharistia-
& Extremæ vnctionis absque speciali Paro-
chialis Presbyteri licentia. Ergo quicumque, qu-
verus Religiosus fuerit, hac censura innoda-
bitur, si aliquam ex his actionibus præstiterit.
Sic Suar. *disputation. vigesim. secund. sectio.*
quart. numer. quint. Filliuc. tractat. decim. quint.
numer. 186.

Debēt necessario esse Sacerdotes. Quia hæc
actiones non nisi à Sacerdotibus præstari allo-
lent. Ita Anchar. hic. Bonacin. d. 2. qu. 9. punct. 5. Sario Sacer-
n. 27. Cardin. in pres. Palao de cens. d. 3. punct. 26. dotes esse.
numer. 6.

Eiusdem mentis sum. Nam cum Eucharistia
& Extremæ vnctionis ministratio solum à Sa-
cerdotibus geri solet, credendum est Pontifi-
cem solummodo intendisse, Religiosorum Sa-
cerdotum abusum hæc actiones absque licen-
tia, ac priuilegio exercentium cohibere.

DUBIVM CXXVI.

Religiosus asserenti, se habere licentiam, ut sibi
Eucharistiam, vel Extremam vnctionem mi-
nistret potest fidem adhibere?

Potest adhibere fidem. Quia nemo præsu-
mendus est adeo suæ salutis inimicus, ut
ei commodum vllum anteponat, ut dicitur c. adhibere.
penult. 1. q. 7. & Leg. Sancimus, Cod. de Sacros. Ec-
clesiis. & colligitur ex cap. significasti, el. 2. de ho-
mie. Sic Glos. ad hanc Clement. v. Habita. An-
tonin. 3. p. tit. 24. c. 54. Angel. v. Excommunicatio
5. casu 12. numer. 17. Rosel. verb. Absolutio, 1. numer.
39. Syluest. verb. Excommunicatio 7. casu 14.
numer. 35. Tabie. verb. Eodem, 5. questio. 4. nu-
mer. 5.

Regulariter fides adhibenda non est. Quia
in iis, quæ ad externam Ecclesiæ gubernatio-
nem attinent, partis testimonium insufficiens
esse iudicatur. Quia ratione fides non adhibe-
tur excommunicato asserenti se absolutum ef-
se, nisi litteras absolutionis ostendat: vel alio
modo legitimè absolutione probet, ut habetur
c. Sicut, de seor. excom. Ita Sanch. 3. matr. d. 37. n.
2. plures referens.

Hoc probabilius esse crediderim. Quia hæc
non tam spectant ad vniuersaliūque salutem,
quam ad externam Ecclesiæ gubernationem:
ac proinde Ecclesiæ satisfaciendum est. At mi-
nistrare Extremam vnctionem vel Eucharis-
tiam morituris, Matrimonij Sacramentum
solemnizare, (quod etiam inibi Religiosis Sa-
cerdotibus prohibetur) ad externam Ecclesiæ
gubernationem pertinet, ut de se constat. Ergo
ex testimonio recipientis, asserentis quidem, se
habere licentiam à Parocho, hæc agenda non
sunt. Dixi, Regulariter. Nam si persona, quæ id
asserit, est valde digna, ut prudentis arbitrio
nulla falsitatis suspicio timeri possit: poterit
Religiosus credere dicenti, se habere à
Parocho specialem licentiam.

Sanch. supra.

* *

DUBIUM CXXVII.

Huius Clementina excommunicatione etiam innodatur Religiosus, qui sine facultate Sedis Apostolica quemquam praesumit absolueri à culpa, & à poena: eamne contrahit qui non animo indulgentiam concedendi, sed decipiendi praestat absolutionem?

537
Nonnulla
praemitto.

Absolvere à culpa, & à poena idem est, ac praesumere concedere plenariam indulgentiam seu peccatorum remissionem. Haec enim concessio vulgari vocabulo Absolutio à culpa, & à poena nuncupatur. Quare opus non est, ut absoluat à culpa Sacramentaliter, satis est, si totius poenae remissionem concedat, quia à culpa & à poena absoluit. Suar. *disputation. 22. section. 4. num. 19.* Quasi enim vero, an censura hac innodetur Religiosus, qui non ex animo concedendi indulgentiam, sed solum decipiendi, praestat absolutionem?

538
Excommu-
nicationem
non contra-
hit.

Non innodatur. Quia haec excommunicatio imponitur ob absolutionem, quantum est ex parte absolventis praestitam, non ob absolutionis fictionem. Ibi *Quemquam absolueri praesumit* si enim Extremam unctionem & Eucharistiam ministrantes fidei in hanc excommunicationem non incidunt. Ergo nec etiam qui fingeret se absolueri, cum noller absolutionem concedere, utpote qui nullam ad illius concessionem habet potestatem. Suar. *disputation. 22. section. 4. numer. 23.*

539
Contrahit
excommuni-
cationem.

Innodatur sine dubio. Quia Pontifex hac censura voluit coercere quorundam Religiosorum audaciam, qui fideles decipiebant indulgentiarum concessione, cum nullam haberent potestatem concedi. Ergo non absolutionem veram, sed fictam, & deceptoriam hac excommunicatione voluit Pontifex coercere. Ita Bonacin. *disputatione secunda de Cens. in partic. questione nona puncto quinto numer. 25.* Palao. *de Cens. disputation. 3. punct. 26. num. 17.*

540
Cum his
probabilius
opinor.

Cum his probabilius opinor, iudicans simile non esse de Eucharistia, ac Extremae unctionis ministratione. Quia Pontifex non punit hac excommunicatione fictam eorum administrationem, sed veram, illegitimam tamen & indebitam, utpote in Parochorum iurisdictionis praedictum. Ratio, autem discriminis est, quia Extrema unctio & Eucharistia verum Sacramentum esse possunt, etsi illicite, & usurpata iurisdictione ministrantur: at absolutio à culpa, & à poena, seu indulgentia plenaria concessio nequit vera esse, sed omnino ficta, ac deceptorie praestita ab eo, qui nullam concedendi habet potestatem.

DUBIUM CXXVIII.

In Clement. Grauis, de sentent. excomm. excommunicantur Domini temporales, qui in terris suis curant interdictum violari, singularis evocatio & secreta ad divina audienda sufficiunt ad hanc censuram incurrendam?

De domino
temporalis
curante, in
terris suis
Interdictum
violari.

Tres esse actiones, ob quas haec excommunicatio fertur, praemitto. Prima est ob coactionem, quam domini temporales alicui inferunt, ut divina officia in locis Interdicto suppositis celebret. Secunda est evocatio ad eadem divina audienda. Tertia est prohibitio ab ipsis facta publice excommunicatis, ne exeant ex Ecclesia, dum Missarum solemniam aguntur tametsi à celebrantibus moniti sunt. Circa actionem secundam requiro, an singularis evocatio, ac secreta sufficiant ad hanc censuram incurrendam; an vero necessaria sit publica voce, inquam, praconis, campanae sonitu, tubae &c?

541
Nonnulla
suppono.

Non sufficit singularis, ac secreta vocatio, sed necessaria est vocatio publica. Quia licet verba illa textus *Modo praedicto* referantur ad modum vocationis, quem Pontifex in causis propositionis regulat. At Pontifex retulit, dominos illos temporales non solum secreto, & sigillatim, sed voce praconis & pulsaris campanis, ad divina audienda in locis Interdicto suppositis populum evocare. Ergo ut quis *Praedicto modo* evocare censetur, debet non solum secreto, sed publice evocare: alias non *praedicto modo* absolute, & simpliciter, sed secundum quid at dimidiata vocaretur: cum haec materia odiosa sit, strictè debet interpretari. Sic Sylvest. *v. Excommunicatio 7. nu. 51.* Nauar. *summ. c. 27. num. 104.* Sayl. *l. 3. lib. cap. 29. n. 43.* & alij.

542
Non sufficit
singularis
ac secreta
vocatio.

Sufficit singularis, ac secreta vocatio, nec necessaria est publica. Quia Pontifex reprimere voluit audaciam illorum nobilium, qui nunc hos illos ad divina officia audienda vocabant, (quod esse non poterat nisi per singularem vocationem) & interdum compellebant: & his non contenti excessibus, non solum per campanarum pullationem, sed & voce praconis populos etiam interdictos ut ad audiendas Missas (non obstante Interdicti sententia) venirent, faciebant evocari. At si verba illa, *Praedicto modo* deberent omnem relationem modum vocationis copulative comprehendere, non afficerentur hac censura ij vocante, nisi tum secreto tum publice campanarum pullatione, & voce praconis vocatione gereretur, & insuper compellerent, quod non est dicendum; quia ferè nullius fructus esset haec excommunicatio. Ita Caiet. *verb. Excommunicatio, capite vigesimo secundo.* Suarius *disputatione vigesima secunda sect. 4. n. 28.* Tolet. *lib. prim. cap. 36. nu. 6.* Bonacin. *libro secundo quest. 3. punct. 20. num. 6.*

543
Sufficit
vocatio.

Haerens horum sententiae dixerim, siue voce praconis, siue campanarum pullatione, siue secreta citatione aliqui evocentur Interdictum

544
Hic haec
sententia

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 251

terdictum violatur, hac excommunicatione hoc gerentem innodari. Quia vere illi prefato modo euocantur, etsi non omnibus predictis modis.

DVBIVM CXXXIX.

Ut impediens excommunicatos, aut interdictos exire ab Ecclesia, dum Sacra peraguntur, debent moneri, ut exeant ab Ecclesia Ecclesiastico interdicto supposita?

⁵⁴⁵ *Quia que sunt.* **S**ub eadem excommunicatione prohibetur Domini temporales, ne impediunt publice excommunicatos, aut interdictos exire ab Ecclesia, dum Missarum Solemnia aguntur. Debent autem hi excommunicati, aut interdicti moniti esse à celebrantibus, ut exeant: tunc vero si temporalis dominus exitum eorum impederit, excommunicationem contrahet. Quæ, licet itaque, debent esse moniti à celebrantibus, ut exeant ab Ecclesia Ecclesiastico interdicto supposita, ut locus sit huic excommunicationi?

⁵⁴⁶ *Non debet.* **N**on debet necessario Ecclesia esse interdicta. Quia nullum extat verbum in hac actione indicans, Ecclesiam debere interdictam esse. Ex eo autem, quod in præcedentibus clausulis id fuerit expressum, non inferitur, pro actione præsentis clausulæ eâ conditione requiri: sicut nec sufficienter qualibet officia diuina, ut prohibens excommunicatos exire, dum ipsa peraguntur, in hanc incidat excommunicationem. Sed necessario debet esse Missæ Sacrificium, tamen in clausulis præcedentibus quodlibet officium diuinum sufficiens fuerit. Sic Bonac. *disp. 2. de Censur. in partic. question. 3. punct. 20. num. 11.*

⁵⁴⁷ *Necessario debet.* **N**ecessario debet Ecclesia interdicta esse. Quia textus de interdicto locali generali loquitur, ut constat illis verbis: *Domini temporales in terris eorum Ecclesiastico suppositis interdicti*. Quare etsi in hac clausula non expresse sit Pontifex Ecclesias interdictas esse, ideo fuit, quia ex præcedentibus, & ex quærelæ propositione. Satis colligebatur. Ita Suarius *disp. 22. section. 4. numer. 30. Filiucius tractatu 15. numero 74.*

⁵⁴⁸ *Verius hi opinantur.* **V**erius hi. Nam vel illæ Ecclesiæ non interdictæ existunt in terris illorum dominorum, vel non. Si non existunt, non incidunt illi in hanc excommunicationem, quia non præstant actiones prohibitas, ut domini temporales, & iurisdictionem habentes in terris suis, ut textus requirit, & ipse Bonacin. *disputation. secund. question. tertia, puncto vigesimo, numero decimo septimo.* concedit. Si autem Ecclesiæ illæ in terris huiusmodi dominorum existant, nequeunt non esse interdictæ cum eorum terræ Ecclesiastico fuerint interdicto suppositæ, & consequenter Ecclesiæ ibi contentæ.

DVBIVM CXXX.

In Extrauag. Bonifacii VIII. excommunicatur, qui aliquid dant, vel recipiunt pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia. Qui promittit animo non se obligandi, vel non adimplendi, inciditne in hanc Excommunicationem?

In hac Extrauag. quæ incipit, *Excommunicamus* 1. de sentent. excommunicat. Bonifacius VIII. ipso iure excommunicat omnes viri, quæ lexus, siue Clericos, siue laicos, siue Religiosos, qui aliquid dant, vel recipiunt, vel promittunt tacite, vel expresse etiam sub verbis generalibus pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia sibi, aut aliis, in causis, vel iudiciis, seu aliis per litteras Apostolicas, & quibuscumque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda præstant: insuperque illos, qui aliquid sciuerint culpabile in predictis, & Pontifici intra trium dierum spatium per se, vel per nuncium non retulerint. Demum ipsa gratia, vel iustitia scienter vtentes eadem, Censura innodantur. Triplex autem est actio. Prima pactum seu promissio alicuius parui, vel magni, vel illius datio, ac receptio pro gratia, aut iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam. Secunda, gratia, vel iustitia sic obtenta uti. Tertia non reuelare intra triduum eos, qui præfatas promissiones fecerint, vel receperint. Igitur quoad primam actionem quæserim, an si quis promittat animo non se obligandi, vel non adimplendi promissum, in hanc Censuram incidat?

⁵⁵⁰ *Non incidit.* **N**on incidit. Quia ea promissio non est vera sed ore tenus solum: at pœnæ impositæ sunt promissioni, & pacto: ergo intelligi debent de vera promissione, & pacto, non de ficto: cum lex pœnalis ultra proprietatem verborum non sit extendenda. Sic Bonacina *rom. 3. de Censur. in particul. disputation. 2. question. 3. puncto 31.*

⁵⁵¹ *Incidit sane.* **I**ncidit sane. Quia in præsentem ea promissio, vel pactum prohibetur, ex quo Superior moueri potest, ad gratiam, vel iustitiam concedendam: at ex promissione ficta æque ac ex vera mouetur, cum fictio illi sit ignota: ergo quæcumque ex his promissionibus sub Censura hac prohibetur. Ita Castro Pal. *de Cens. d. 3. punct. 27. num. 18.*

⁵⁵² *Veriorem hanc merito esse credo.* **V**eriorem hanc sententiam esse credo. Nam acceptans promissionem illam fictam, & vi illius gratiam, vel iustitiam præstans Censuram hanc incurrit: quia non liberaliter, sed ob rem onerosam, ac pretio æstimabilem gratiam, vel iustitiam confert: quippe illa promissio siue vera, siue ficta sit promittenti onerosa est, & pœnæ arbitrarie subiecta, quod est sufficiens, ut pretio æstimetur. Ergo eam promissionem præstans eadem Censura innodabitur: textus enim æque promittentem, ac acceptantem promissionem excommunicatione ligat.

De dante, vel accipiente, vel promittente aliquid pro obtinenda gratia, vel iustitia.

⁵⁴⁹ *Nonnulla suppono.*

B. A. R.

M. r.

T. V. II.

V.

DVBIVM CXXXI.

Promissio hæc debetne acceptari, ut promittens hæc Excommunicatione illgetur?

553
Non debet
necessario
acceptari.

Non debet necessario acceptari. Quia quælibet ex his actionibus excommunicationi subiicitur. Inquit enim textus: *Qui aliquid paruum, vel magnum promiserint, vel promissionem receperint.* Ergo sola promissio absque promissionis receptione sufficiens est ad Censuram inducendam. Sic Molina *disputation. 92. vers. Cum omnes.* Farinac *praxis part. 2. ques. 111. art. 15. num. 315.*

554
Debet acceptari
necessario.

Necessario debet acceptari. Quia promissio cui acceptatio deficit, non est vera, propria, ac perfecta promissio, nec pactum, cum non sit duorum consensus, quod expressè ad pactum requiritur *Leg. 1. in princip. Digest. de pactis. Leg. 3. Digest. de pollicitat. & pluribus probat Sanchez lib. 1. de sponsal. disputation. 5. num. 20.* At in Extravag. Bonifacij VIII. promissio, quæ pactum sit, excommunicationi subiicitur. Ergo necessario debet esse promissio acceptata. Ita Bonacin. *de excommunicat. in partic. disputation. 2. question. 3. punct. 31. num. 9.* Palao *de Censur. disputation. 3. punct. 27. numero vigesimo.*

555
Hæc probabile.

Probabilior esse hanc relationem non dubito. Cui quidem non obest, promissionem, & acceptationem, ut actiones distinctas huic excommunicationi subiici. Quia subiiciuntur cum dependentia vnius ab altera. Sicut enim nequit acceptatio subiici excommunicationi, quin promissio præcedat: sic nec promissio subiici potest, quin acceptatio subsequatur.

DVBIVM CXXXII.

Qualibet res, quæ in materia furti peccatum lethale constitueret, sufficitne in huius Extravagantis præscripto ad Censuram incurrendam?

556
Sufficit plane.

Sufficit plane. Quia si hæc quantitas in materia Iustitiæ, ac Religionis sufficiens est, peccatum constituere: cur non in præsentī materia? Præterea si in materia Iustitiæ ex eo quantitas furto ablata censetur esse gravis, & peccatum lethale constituere, quia eius defectus grave affert incommodum, ergo è contra illius donatio grave affert donatario commodum. Ergo est sufficiens ad movendum eius animum in donantis favorem. Sic Bonac. *tom. 3. de Censur. in partic. disputation. 2. ques. 3. punct. 31. numer. 13.*

557
Non sufficit.

Non sufficit. Quia ad gratiam, vel iustitiam impediendam, quæ à Superiore semper viro præstatur non videtur ullius esse momenti donum, vel promissio, quæ quantitatem ad furtum grave constituendum sufficientem non excedat. Vir enim huiusmodi flocci æstimabit quæ-

tior, aut sex Hispanicos Regales, qui lethalem furti materiam possunt constituere. Unde prudentis arbitrio relinquendum spectatis circumstantiis tam dantis, quam accipientis: tum gratiæ, vel iustitiæ obtinendæ. Ita Menochius *lib. 2. de arbitrar. casu 145. num. 4.* Nauarr. *comment. de datis, & acceptis, notab. 3. fine, & notab. 10. numer. 20.* Molina *disputation. 92. vers. Verum vero.* Azorius *part. 3. libr. 12. capit. 23. question. 3. & alij.*

Ego quidem existimo, illam censendam esse materiam sufficientem, quæ his circumstantiis spectatis valeat collatorem allicere, ad gratiam vel iustitiam concedendam. Nam finis huius Canonis est, ne collatores excorari valeant, nève Iudices perverti. Comparatione tamen huius finis quantitas, quæ alioquin in materia furti gravis esset, lenissima sæpe censetur, idèò quæ nobiles, divites, ac potentes, cum aliquod munus præstare volunt, quantitatem excedentem eam, quæ in materia furti gravis reputatur, donant, neque contrarium facere audent; quia eorum statum ea donatio dedecet. Quare non ex gravi, vel levi utilitate, quæ donatario provenire potest, ex acquisitione rei donatæ: sed ex efficacia ad ipsius animum movendum, ac evertendum, gravitas huius donationis, seu promissionis est desumenda.

DVBIVM CVIII.

Incurritne huius Canonis Censuram, qui, si iustitia certa sit, donat aliquid, vel donandum promittit, pro illius expeditione obsequia, siue maturiori absque ullius præiudicio?

Non incurrit. Quia non præstat actionem, quæ alias iure naturali, divino, vel positivo prohibita sit. Nullibi namque prohibitum invenitur movere Iudicem muneribus, ad præstandum id, quod ex se bonum est, & nemini noxium. At hæc constitutio solum dationem, seu promissionem interdicat, quæ, ipsa seclusa, interdicta est, ut colligitur aperte ex illis verbis: *Et domus, & Curia nostra à sordibus purgetur, & ex illis: Quæ cum pessima sint, & Curia nostra exificationem offendant.* Quæ supponunt, prædictas actiones iniquas esse, & Curiam Romanam maculare, rectamque illius æstimationem ledere. Sic Nauarr. *Comment. de datis, & promiss. notab. 9. n. 14.*

Incurrit quidem. Quia in Authent. *Ut Litigantes* cavetur, ut litigantes in principio litis iurent, nihil se daturus Iudici quacumque ex causa. Nam licet in vno, vel alio casu esset perversionis periculum, per se tamen & frequenter adest. Hæc autem prohibitio locum habet in foro Ecclesiastico, cum contrarium decusum ibi non sit, & eius causam sinceram expeditionem foueat. Ita Molina *disputation. 92. vers. Ego verò.*

Non andeo primæ sententiæ subscribere, excepto casu redimendæ vexationis. Hæc quippe redemptio licita est, ac iure naturæ permissa, quam lex civilis, ac Ecclesiastica prohibere non

Sect. II De Excommunicat. Dubia. 253

non intendit. Nam si pro te iustitia aperta esset, timereque probabiliter non observandam vel inique detinendam, nisi aliquid iudici promitteres, vel donares; nullum peccatum in ea promissione, vel datione committeres, nullamque Censuram incurreres.

DUBIUM CXXXIV.

*Qui pro auferenda, vel differenda alterius iustitia, aliquid iudici largiatur, incurratne huius Extra-
uag. Excommunicat-
tionem?*

⁵⁶² Non incurrat. Quia pœnæ extendendæ non sunt ultra verba in lege contenta. At sub nomine *gratis*, vel *iustitia* obtinendæ nequit iniusta sententia comprehendi cum non comprehendatur sub nomine gratiæ non enim est beneficium, pensio, absolutio, dispensatio, indulgentia, facultas, vel privilegium, tametsi ex ea aliquam ille utilitatem accipiat. Nec sub nomine iustitiæ obtinendæ venit iniqua sententia, quia sententia iniqua iustitia non est: ergo nequit sub iustitiæ nomine contineri: unum enim contrarium aliud sub se non continet. Sic Farinac. *prax. part. 3. quest. 111. num. 351.* & probabile iudicat Palao de *Cens. d. 3. punct. 27. num. 24.*

⁵⁶³ Incurrat planè. Quia iniusta sententia iustitia in iure nuncupatur. Argum. *Leg. in pluribus modis. Digest. de iustitia, & iure.* Ideoque Iudex etiam cum iniuste iudicat, ins ferre dicitur saltem ex obligatione. At præfens constitutio prohibet, promissionem, vel dationem pro obtinenda iustitia: seu pro actu iudicij obtinendo: ergo. Ita Bonacin. *tom. 3. de Cens. in part. d. 1. q. 3. punct. 31. n. 2. Fill. in 15. n. 133.* Molina *d. 92. vers. Caterum.* Nauarr. de *datiis, & promiss. notab. 17. n. 19.*

⁵⁶⁴ Fateor, primam sententiam satis esse probabilem, sed defendo secundam communem eundem. Nam ideo quis donat, vel promittit Iudici dandum pro alterius iustitia auferenda, vel differenda, quia inde sibi emolumentum provenit: ergo huius comparatione, donationem, vel promissionem præstat pro gratia obtinenda. Præterea in donatione, vel promissione ob huiusmodi finem graviolem culpam proculdubio committeres, quam si pro gratia, aut iustitia obtinenda dares, aut promitteres. Ergo verisimile non est voluisse Pontificem hanc leviolem culpam gravioribus vindicare pœnis, & graviolem immunem relinquere.

DUBIUM CXXXV.

In hac Extravag. nomine Sedis Apostolicæ intelligitur solum Pontifex seu eius Ministri, ut iurisdictionem spirituales exercent?

⁵⁶⁵ Non intelligitur solum Pontifex, vel Ministri eius iurisdictionem spirituales exercentes, sed & quatenus iurisdictionem tempo-

ralem exercent. Quia iuxta frequentem loquendi modum, qui in legum interpretatione spectandus est, Sedes Apostolica utramque iurisdictionem complectitur. Quod inde efficaciter confirmatur. Quia Pontifex intendit ab his sordibus, & iniquitatibus suam domum, & Curiam purgare. At Curia nomine non est dubium intelligi tribunal Pontificis tam iurisdictionem temporalem, quam spirituales exercent: ergo in præfenti idem sub Sedis Apostolicæ nomine intelligendum est. Sic Azorius *part. 3. libr. 12. cap. 24. quest. 7.* Filiucius *traktat. 15. num. 139.* Bonacin. *tom. 3. de Cens. in particul. disputation. 2. quest. 3. punct. 31. numero 4.*

⁵⁶⁶ Solum intelligitur Sedes Apostolicæ nomine Pontifex, eiusque Ministri iurisdictionem spirituales exercentes. Quia Sedes Pontificia guntur, ut integre, & perfecte completa erat, cum nullam temporalem exercebat iurisdictionem: ut patet nem spirit. Ecclesiæ nascentis initio. Non igitur tempora-
lis iurisdictionis Sedem Pontificiam constituit. *centes.*
At lex pœnalis strictè, & non late interpretari debet, vel bāque illius in sensu proprio, ac rigoro sunt accipienda, *Leg. in delictis. §. Extraneus. Digest. Ad legem Aquiliam.* Ergo Sedes Pontificia pro iurisdictione spirituali, non pro temporalis etiam intelligi debet. Ita Nauarr. *Comment. de datis, & promiss. notab. 18. numero tertio.* Molina *disputation. 92. versicul. tam vero.*

⁵⁶⁷ Probabiliorum reor hanc esse sententiam. Cui quidem non obest, quod secundum frequentem, & vulgarem modum Sedes Pontificia utramque iurisdictionem complectatur. Nam lex pœnalis si extensionem recipit ex vulgari modo loquendi proprio, & rigoro secundum modum loquendi proprium, & rigorosum interpretanda est, non secundum vulgarem. Fateor, velle Pontificem hac constitutione domum, & Curiam ab his sordibus repurgare. Sed non inde colligitur, nomine Sedis Apostolicæ tribunal ut iurisdictionem temporalem exercentem intelligi. Quia purgato Ecclesiastico tribunali, purgatur domus, & Curia Pontificis, non secundum se totam, sed secundum principalem eius partem.

DUBIUM CXXXVI.

An obligentur extra Romanam Curiam existentes reuelare intra triduum Pontifici eos, qui pro obtinenda gratia, vel iustitia, pretium promiserunt, donarunt, aut acceperunt?

⁵⁶⁸ Vidimus, actionem tertiam sub Censura prohibitam in dicta Extravag. esse non reuelare intra triduum eos, qui pro obtinenda gratia, vel iustitia pretium promiserunt, donarunt, vel acceperunt. Quod intellige, si in suo delicto persistant, neque fraternæ correctione emendari sperentur, eorumque delictum probabile sit. Quæserim autem, num ad hanc agendam denunciationem obligentur, extra Romanam Curiam existentes?

Obligantur

569 Obligantur. Obligationes in hac Extrauag. expressis obligantur extra Romam commorantes : ergo etiam ob omissionem denunciationem. Neque obstat, quod intra triduum non possint : quia non inde infertur, ab obligatione eximi. Nam illud tempus non ad finiendam obligationem, sed ad illam sollicitandam positum est, itavt quis potuerit intra triduum denunciare, teneatur, sin minus quando commode possit. Sic Bonacin. tom. 3. de Censur. in particul. disputation. 2. question. 3. punct. 31. numer. 19. Favet Nauarr. Comment. de datis, ac promiss. notab. vigesim. secund. numer. tri. gesim. septim.

570 Non obligantur. Non obligantur nisi qui in Curia Romana existunt. Quia si Pontifex vellet ad hac denunciationem praestandam obligare etiam in Romana Curia, ac extra existentes, terminum obligationis communem omnibus designaret, intra quem plerumque possent huic obligationi satisfacere. Ita Sylvest. verb. Excommunicatio 7. casu 43. Nauarr. Comment. de datis, ac promiss. notab. 22. num. 37. Azorius part. 3. libr. 12. cap. 14. question. 8. Filiucius tractatu 15. numero 129. Molina disputation. 92. versicul. Cum omnes.

571 Cum his opinor. Cum his opinor. Quia ille triplicis diei terminus solis in Romana Curia existentibus potest deferri, reliquis extra Curiam morantibus nunquam vel raro : ergo asserendum est, Pontificem noluisse alios quam in Vrbe commorantes sub hoc praeepto comprehendere.

DUBIUM CXXXVII.

An sub huius Extrauag. penis Cardinales, & Episcopi comprehendantur?

572 Comprehdunt. Comprehdunt. He pene omnes Clericos, Religiosos, & laicos utriusque sexus, siue familiares Curiae, siue vndeumque alios. Dubito autem, num Cardinales etiam, ac Episcopos comprehendant?

Non comprehendunt. Non comprehendunt. Quia esto, nomine Clericorum veniant omnes in dignitate constituti, in lege quidem favorabili : non autem in lege poenali, & odiosa. Sic Abbas Rubric. de vitis, & honestat. Cleric. Sanchez libr. 6. Decalogi capite decimo quinto, numero septuagesimo quarto, alios referens.

573 Comprehdunt. Comprehdunt. Constitutio haec Cardinales, & Episcopos, & a fortiori alios Clericos in dignitate constitutos. Quia quamvis secundum frequentem loquendi usum nomine Clericorum non soleant Cardinales, & Episcopi, neque personae in dignitate constitutae intelligi : attamen in praesenti ex subiecta materia, ac legis sine comprehensi intelliguntur. Nam Pontifex suam domum, & Curiam intendit hac constitutione ab illa iniqua gratia, vel iustitiae concessione, & negociatione purgare : At huiusmodi finem non consequeretur, si Episcopos, Cardinales, & alios in dignitate constitutos non comprehenderet, cum hi sint praecipue, a quibus gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam obtinetur. Ita Fernandez de Castro

de Censur. disputatione tertia, puncto vigesimo septimo, numero 31.

Operae pretium est, ut meam resolutionem aperiam, ad memoriam reuocare, in Extrauag. Gregorij XII. ultra praefatas penas privati beneficio Ecclesiastico, & omni officio tam Ecclesiastico, quam saeculari, tam temporario, quam perpetuo, infamiaeque perpetuo subiaci : quod intelligendum est, posita sententia saltem declaratoria. Hoc posito, fateor, mihi probabilius esse Cardinales, & Episcopos ob eminentem eorum dignitatem, non comprehendere in penis additis a Gregorio. Quia cum haec poene grauissimae sint, & statum Cardinalium, ac Episcoporum dedecant, si Pontifex eos voluisset comprehendere, absque dubio expressisset. Nauarr. Comment. de datis, ac promiss. notab. 6. num. 9. Molina disputation. 92. versicul. Hac Extrauagans. Bonacina disputation. 2. question. 3. punct. 1. num. 16. Si autem de Extrauag. Bonifacij VIII. (de qua sermo) loquamur, affirmo, secundae sententiae morem gerere, nullum, qui in dignitate constitutus non sit, posse gratiam, vel iustitiam nomine Sedis Apostolicae concedere. At concedens gratiam, vel iustitiam ex pretio accepto, vel promissione illius acceptata poenis praefatae constitutionis afficitur. Ergo sub nomine Clericorum initio constitutionis appposito omnes Clerici etiam dignitate fulgentes intelliguntur. Ergo etiam intelliguntur Cardinales, & Episcopi, cum nullum fundamentum sit, quare ij excipiantur a Clericorum nomine absolute prolato, potiusquam reliqui in dignitate alia constituti.

DUBIUM CXXXVIII.

Excommunicatio lata in Bulla Pij V. 83. De Off. contra Officiales Sacrae Penitentiariae, & Officialibus citre non solum recipientes aliquid a partibus ultra stipendium assignatum : sed etiam etiam stipendium assignatum, cum abque legitima causa absuno, & per se officium non exercent?

Excommunicatio fertur in Bulla Pij V. 83. quae incipit, in omnibus rebus. Vbi Pontifex ut recte, & pura expeditioni Sacrae Penitentiariae consulat, statuit, ut illius Officiales officia sua per se ipsos tum diligenter, tum fideliter exercent, & actu exercentes nisi legitime impediti fructus, & emolumenta percipiant, quorum singulis certum, statumque aliunde stipendium cuique conveniens decernit assignari, quo solo praecipit contenti esse debere, nihilque aliud etiam sponte oblatu a partibus, aut alias siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extraordinario labore, tam procurando, quam scribendo, aut recognoscendo, & examinando, capere possint. Quicumque secus fecerint, officio suo huiusmodi privati excommunicationis relictum sententiae ipso facto subiunguntur. Dubito autem, num haec excommunicatio officiar non solum recipientes aliquid a partibus aut aliunde ultra stipendium assignatum, sed etiam recipientes

Secl. II. De Excommunicat. Dubia. 255

icipientes stipendium assignatum, cum absque legitima causa absint, & per se officium non exercent?

⁵⁷⁶ *Eos afficit.* Quia clausula illa in fine posita, *Quicumque secus fecerint, &c.* ad omnia precedentia referri debet, cum non sit specialis ratio, ob quam potius referatur ad recipientes aliquid ultra stipendium, quam ad recipientes stipendium officium non exercentes: quippe utrumque æquanimiter in precedenti clausula prohibetur. Sic Filliucius *tractatu* 15. numero 209.

⁵⁷⁷ *Non afficit.* Eos non afficit. Quia hæc excommunicatio lata est, ut concessiones Sacrae Penitentiariæ purè ac rectè expedirentur: at huic sincerae expeditioni non obstat indebita receptio stipendij à Pontifice statuti: bene tamen obstant munera recepta à partibus, aut aliunde, vtpote quæ valerent Officiales pervertere. Ergo sola horum receptio excommunicatione puniuntur. Ita Bonacin. *tom. 3. de Censur. in partic. disp. 2. quæst. 7. punct. 6.* Palao de Cens. *disp. 2. punct. 8.*

⁵⁷⁸ *Hic credo esse probabile.* Probabilius hoc esse crediderim. Neque enim reor, velle Pontificem infidelitatem, & negligentiam in exequendis expeditionibus commissam ab Officialibus Sacrae Penitentiariæ Censura ligari. Quod necessario fatendum esset, si excommunicatio ad omnes precedentes actiones referretur. Quapropter dicendum censo, clausulam illam. *Quicumque secus fecerint, &c.* non ad omnia superius contenta, sed ad ea, quæ immediate præcesserunt, quæque constitutionis fini obstant, esse referendam.

DUBIVM CXXXIX.

In decreto edito à Cardinali Milleno Romæ Vicario, ne à Cæmeterijs Romana Urbis Reliquia extraherentur, comprehenduntur exteri Romam venientes?

⁵⁷⁹ *Statum quæsumus.* Millenus Romæ Vicarius ex mandato Pontificis Pauli V. in decreto edito 24. Augusti anno 1613, & in alio edito anno sequenti excommunicationi subiiciuntur, qui aliquas Sanctorum Reliquias etiam in modica quantitate ex cæmeterijs, cryptis, vel catacumbis extraxerint. Quæserim vero, num hac Censura comprehendantur exteri Romam venientes?

⁵⁸⁰ *Non comprehenduntur.* Non comprehenduntur. Quia probabile est, legibus ac præceptis particularibus non affici exteros breui recessuros. Sed hæc est lex ac præceptum particulare. Ergo exteros huiusmodi non illigat. Sic aliqui, quorum sententiam Pædin. de Castro *citandus* innuere videntur esse probabilem, eum contrariam asserit esse veriore.

⁵⁸¹ *Comprehenduntur.* Comprehenduntur equidem. Quia esto decretum hoc latum fuerit à Cardinali Milleno Romæ Vicario lata fuit ab illo, non tanquam Vicario, seu quatenus Vicarius erat; sed quatenus ipsi à Pontifice commissæ fuit facultas

prædictam Censuram promulgandi, atque adeo nomine ipsius Pontificis, ita ut ipsemet Pontifex Censuram illam tulisse censeatur. Nam cum Reliquiarum extractio potius fiat ab exteris, quam ab iis, qui Romæ commorantur, opus erat, prohibitionem ad exteros præcipue extendi, alias non satis extractionis obstaculo consultum esset. Ita Palao de Censur. *disp. 3. punct. 30. num. 22.* Bonacin. de Censur. *in partic. disputation. 2. quæstion. 3. punct. 24. numer. 16.* Filliucius *tractatu* decimo quinto, numero 147.

Certum hoc mihi adiciendi, non evanuisse hanc constitutionem Cardinalis Milleni obitu, aut eius officio finito. Quia non ipsius nomine, sed Pontificis lata fuit: & non per modum præcepti, sed legis, & constitutionis perpetuo valitura.

⁵⁸² *Hoc mihi certum.*

DUBIVM CXL.

Excommunicationem latam ab Urbano VIII. contra extrahentes frumentum ex statu Ecclesiastico, contrahuntne farinam extrahentes?

⁵⁸³ *Quæstionis status.* IN Bulla Urbani VIII. 12. Kalend. Nouembr. 1614. fertur excommunicatio aduersus eos, qui frumentum, oleum, blada, & legumina ex statu Ecclesiastico extrahunt, hoc est, ex locis Ecclesiæ immediate subiectis, & ad loca extra Ecclesiam, imo ad loca mediate Ecclesiæ subiecta deferunt mercimonij causa. Nomine frumenti, & bladi veniunt triticum, ordeum, havena, far, saligo, & quæcumque semina aristas emittentia. Nomine leguminum venit quidquid terræ satis nascitur, ut sunt fabæ, pinæ, cicer, lentesc, & similia. Quæserim itaque an nomine tritici veniat farina eorum seminum, qui sub tritici appellatione includuntur, unde extrahentes farinam excommunicatione hac innotentur?

Non venit, & ideo extrahentes farinam, Censuram non contrahunt. Quia farina non est formaliter frumentum, est ex frumento conficiatur. Ergo sub prohibitione extrahendi frumentum farina comprehendere non debet. Non enim lex pœnalis, & odiosa extendenda est ultra verborum proprietatem. Sic Bald. *l. r. 1. Cod. de fructibus, & leg. Non dubio, Cod. de legibus.* Alberic. & alii relati à Iulio Claro, & ab Azorio *citandis*.

Venit quidem, & ideo farinam extrahentes excommunicationem hanc contrahunt. Quia farina proprie, & in rigore frumentum est, tritum tamen, & in minutas partes redactum. Ergo sub frumento comprehenditur. Alioquin plurimum derogaretur legi prohibenti frumenti extractionem, si farina extrahi posset: neque Pontifex charitati annonæ satis confu-deret, prohibens frumenti extractionem, extractione farinæ permitta. Ita Iul. Clar. *lib. 1. pract. 99. criminal. quæstion. 82.* Azorius *part. 1. libr. 5. capit. 26. quæstion. 2.* Filliucius *tractat. 15. numer. 158.* Bonacin. *tom. 3. de Censur. in particul. disputation. 2. quæstion. 3. punct. 42. numer. 4.* Duardus

⁵⁸⁴ *Contrahunt plane.*

⁵⁸⁵ *Contrahunt plane.*

in expos. Bull. Cans. libr. 1. capit. 3. quæstion. 4. numero 9.

§86
Hoc longe
est proba-
bilis.

Hanc sententiam longe probabiliorē esse quis non videat? Certe quotiescumque lex aliqua inutilis redderetur, extensione non facta ad aliquem casum, extendi ad illum debet Argument. Cap. si Civitas, de sent. excomm. & Cap. Quicumque, de regul. iur. in 6. Ergo licet farina sub frumento non comprehenderetur, ob vitandam legis prohibentis extractionem frumenti illusionem, ad farinæ extractionem lex deberet extendi.

D V B I V M C X L I.

Panis coctus comprehenditurne sub frumento nomine?

§87
Comprehenditur.

Comprehenditur quidem. Quia panis coctus ex frumento conficitur. Ergo prohibito frumento panis prohibitus est. Neque opus erat, in prohibitione panem exprimere, cum satis conficeretur expressus, facta prohibitione illius, sine quo ipse consistere nequit. Sic Filliuc. tr. 15. n. 158.

§88
Non comprehenditur.

Non comprehenditur. Quia panis licet ex frumento conficiatur à frumento specie differt vti communis tradit sententia, quod in farina non procedit. Ergo sub frumento comprehendendi non potest maxime in lege pœnali, vbi strictior interpretatio est facienda. Et quia panis extractio obstat non potest graviter fini à legiflatore in hac lege intentio, utpote quæ an nonæ charitatem vix possit inducere, cum difficile sit, in magna quantitate extrahi, ac diu conservari. Ita Bartholom. ad leg. Quæ felicitas, §. Illud, Digest. de leg. 3. vbi probat, appellatione materiæ non venire materiatum, hoc est, ex materia confectum. Cui sententiæ fauet lex si cur lana, Digest. eodem titulo, dicens, lanæ appellatione non venire lanam netam, seu in filum redactam. Ergo multo minus veniret tela ex lana confecta. Ergo sub nomine frumenti non venit panis ex frumento confectus. Castro Palao de Censur. disputation. 3. punct. 30. numero 23.

§89
Probabilis
hoc mihi.

Etsi primam sententiam probabilem satis esse reor, ut probabiliorē defendo secundam. Concedo enim, panem ex frumento confectum interdictum esse, panem inquam confectum ex frumento interdicto. Cum autem frumentum interdictum non sit, dum in statu Ecclesiastico permanet, sed dum ex statu Ecclesiastico ad non Ecclesiasticum defertur: efficitur, panem confectum ex frumento in statu Ecclesiastico permanente, minime prohiberi.

D V B I V M C X L I I.

Sub nomine olei, cuius extractio ex statu Ecclesiæ eodem Bulla Urbani VIII. decreto interdictur, continenturne olea, ex quibus ipsum conficitur?

§90
Continentur
quidem.

Continentur quidem. Quia cum oleæ materia olei sint, illis extractis, oleum extrahi

consuetur. Sic aliqui, quos pressio nomine assert Palao de Censur. disputation. 3. punct. 30. numero 23. sine.

Non continentur. Quia oleæ ab oleo specie differunt. Ergo prohibita olei extractione, non est censenda prohibita olearum extractio. Constitutio enim pœnalis ultra verborum proprietatem non est extendenda. Ita Palao ubi supra, & alij.

Ego quidem scio, alios vti distinctione affectos, si oleæ extrahantur ad oleum conficiendum, prohibitam esse earum extractionem: secus si ad comedendum extrahantur. Alios dixisse, si oleæ maturæ sint, & aptæ ad oleum conficiendum, prohiberi earum extractionem: secus si acerbæ sint. Ego vero ex illis, mo probabilis, sub hac Censura non comprehendendi olearum extractionem, siue maturæ sint, siue acerbæ, siue ad comedendum, siue ad conficiendum oleum extrahantur. Nam in extractione olearum non procedit eadem ratio, ac in olei extractione: oleæ enim difficile in magna quantitate extrahi possunt, & frequenter ad comedendum extrahuntur, raroque ad oleum conficiendum.



CAPVT XVI.

Circa Excommunicationes non reservatas.

D V B I V M C X L I I I.

Excommunicatio Cap. Hanc consuetudinem 10. quæst. 1. adversus usurpantes obligationes intra Ecclesiam factas esse ipso iure lata.



APITE citato Damasus Papa afficit anathemate laicum, qui oblationes intra Ecclesiam factas ab Ecclesia usurpare, aut detinere præsumit. Sed difficultas est, an hæc excommunicatio ipso iure lata sit, an sit ferenda?

Lata est ipso iure. Quia fertur sub verbis temporis præsentis, ibi: Anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Sic Grassi. libr. 4. de cision. capit. 24. numero. 10. Memoriale Cleric. capit. 8. excommunicat. 14. Barbosa part. 3. de potest. Episcop. allegat. 50. numero. 170. Bonacin. tom. 3. de Censur. in particul. disputation. secund. quæstion. secund. punct. prim. numero. secund. alios citans.

Non est iure ipso lata. Quia illa excommunicationis pronuntiatio sub verbis præsentis subiunctivi ex se indifferens est ad sententiam latam, & ferendam. Nam præstare potest hunc sensum: Anathema is vinculo sit colligatus, & condemnatus, hoc est, ligetur, & condemnetur. Ita Filliucius tractatu decimo quarto, numero quadragesimo octavo, Suarius, & Toletus, quos affert.

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 257

affert, ac sequitur Palao de Cens. d. 3. punct. 3. 1.

Excommunicatio hæc pertinet ad Decretum à Gratiano collectum. At Suarii, ac Tolenti sententia nulla excommunicatio ipso iure lata in Decretis continetur, præter eam, quæ ob Clerici percussione incurratur. Præterea (si hæc ratio non admittatur) quotiescumque verba legis pœnalis indifferentia sunt (ut probat secundæ sententiæ fundamentum) & pœnam ipso iure latam exulare possunt, in eo sensu accipi debet, quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari.

DUBIUM CXLIV.

Censura, quæ continetur in Cap. Quoniam, de offic. Ordinari. aduersus eos, qui in Diocæsis diuersarum linguarum contra formam ibi præscriptam se gubernatores ingerunt, comprehenditne solos Episcopos?

IN præfato Cap. Innocentius III. præcipit, ut in Diocæsis, ad Ciuitatibus, ubi permixti sunt populi diuersarum Nationum, seu linguarum, habentes sub vna fide varios ritus, & mores à Pontifice illarum Diocæsum, & Ciuitatum designentur viri idonei, qui secundum diuersitatem rituum, & linguarum diuina illis officia celebrent, ac Sacramenta ministrent. Prohibetque omnino, ne vna, eademque Ciuitas seu Diocæsis diuersos Pontifices habeat tanquam vnum corpus diuersa capita quasi ministrum. Sed si vgens necessitas postulauerit, Pontifex loci Catholicum Præsulem Nationibus illis conformem prouida deliberatione constituat sibi Vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus. Vnde si quis aliter se ingererit, (ait Pontifex) excommunicationis se noverit mucrone percussum: est nec se respuerit ab omni ministerio Ecclesiastico depouendum, adhibito, (si necesse fuerit) brachio seculari, ad tantam insolentiam reprimendam. Hæc excommunicationem latam esse ipso iure, nemini dubium esse potest, cum lex non exigat sententiam Iudicis, sed ipsamet sententiam ferat. Gloss. ibi verb. Percussum. Quæstio autem voluit, an aduersus solos Episcopos feratur?

Soli Episcopi comprehenduntur. Quia id indicant illa verba: Prohibemus, ne vna & eadem Ciuitas, siue Diocæsis diuersos Pontifices habeat: sed si propter prædictas causas vgens necessitas postulauerit, Pontifex loci Catholicum Præsulem Nationibus illis conformem prouida deliberatione constituat. Quibus adiecit Pontifex, si quis aliter se ingererit, id est in Præsulis officium. Ergo solis Episcopis, non autem aliis Clericis inferioribus hæc excommunicatio profertur. Sic Nauar. summ. cap. 27. num. 114. Memoriale Cleric. cap. 1. excommunicat. 10. Barbosa par. 3. de potest. Episc. alleg. 50. num. 170.

Non comprehenduntur soli Episcopi, sed etiam quicumque Clerici Prælatatus officium Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

vsurpantes. Quia Innocentius initio illius Cap. districte præcipit, ut Pontifices Ciuitatum, vel Diocæsum, in quibus populi diuersarum linguarum, rituum, & morum sub eadem fide permixti sunt, provideant viros idoneos, qui prædictis diuina officia celebrent, & Sacramenta ministrent. Non enim dixit, Episcopos, sed viros idoneos, qui tales esse possunt, quamuis Episcopi non sint, cum ad diuina officia celebranda, & ministranda Sacramenta, Character Sacerdotalis sufficit. Ita Bonacin. de cens. in partic. disp. 2. quest. 4. fine. Filliuc. tract. 14. cap. 7. quest. 2.

Existimo his hærens, clausulam illam, si quis aliter se ingererit, cum ad omnia in Cap. contenta referatur, efficere, ut non solum aduersus Episcopos præscripta illa non exequentes; sed aduersus eos, qui se in Præsules ingerunt in diuinorum administratione, latam esse censuram.

DUBIUM CXLV.

Excommunicatio lata in Cap. Clericis prohibente, ne quis Sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpositi secularis: afficitne omnes Clericos in Sacris constitutos?

IN Cap. Clericis, Ne Clerici, vel Monachi, Alexander sub anathematis intimatione prohibet, ne quis Sacerdos officium Vicecomitis, vel Præpositi secularis habeat. Quod si quis (ait Pontifex) contra hoc venire præsumserit, & commonitus emendari noluerit, excommunicationi subiaceat. Quæ quidem censura ipso iure lata est. Quia verbum illud subiaceat imperatiuum indicat lege ipsa absque Iudicis ministerio delinquentem excommunicatione innodari. Quæstio autem, an censura hæc omnes Clericos in Sacris constitutos afficiat?

Omnes afficit. Quia Cap. 1. de cohabit. Cleric. & mulier. nomine Sacerdotis Diaconi, & subdiaconi intelligitur. Et licet hæc fici Clericis constitutio pœnalis sit, & ideo ex eo capite in Sacris restringenda, quia tamen cedit in Ecclesiasticum status decorem, non debet verbum illud, Sacerdotes stricte sumi. Sic Abbas hic, numero octauo Angel. verb. Excommunicatio septimo casu decimo octauo. Syluest. verb. eodem 9. numero. 28. Tabic. ibid. 5. casu 24.

Non omnes afficit constitutos in Sacris, sed solos Presbyteros. Quia Pontifex duo hoc in Cap. statuit, alterum contra omnes Clericos in Sacris constitutos, scilicet, ne indicium sanguinis agitent: alterum aduersus Sacerdotes, ne officium Vicecomitis, vel Præpositi secularis exerant. Ita Caiet. v. Excommunicatio, c. 76. Henriquez lib. 14. c. 5. n. 5. lit. Q. Sayr. l. 3. thes. c. 32. n. 6. Suar. d. 22. sect. 3. n. 21. Filliuc. tract. 14. n. 106. Bonac. de Cens. in partic. d. 2. quest. 4. pun. 5. num. 8.

Probabiliorem hanc iudico sententiam. Cui Hoc longe quidem non obest textus in Cap. 2. de cohabit. probabilius Cleric.

Cleric. & mulier. citatus, ubi sub nomine Sacerdotum omnes constituti in Sacris intelliguntur. Quia Pontifex id inibi expressit. Si quispiam (ait) Sacerdotum, idest, Presbyter, Diaconus, vel sub diaconus. At cum in praesenti Alexander III. nomē Sacerdotis nō extenderit ad omnes existentes in Sacris, quin potius contrarium indicaverit ex diverso modo loquēdi, quo in primo casu & secundo fuit locutus: efficitur, solos Presbyteros, qui in communi usu Sacerdotes appellantur, comprehendī.

vel Physicam Religiosus omisit ob mutationem voluntatis antea habitā, probabilis existimo, eum ab hac excusari censura. Quia posita ea voluntatis mutatione, censendus non est ē Monasterio egressus animo audiendi praefatas facultates, cum iam prior volūtas hac mutatione cesset. Sayr. l. 3. thes. c. 33. n. 4. Tolet. l. 1. c. 37. n. 9.

DUBIUM CXLVII.

Excommunicationem eodem Cap. Super specula. Ne Clerici vel Monachi. incurritne Religiosus, & Clericus, qui Leges, vel Physicam exaudit privatim?

EO Cap. Honorius III. praedictam excommunicationē adversus Religiosos latā extendit ad Sacerdotes, Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Praepositos, Cantores, & alios Ecclesiasticos personatum habentes, qui duorum Mensium spatio Leges, vel Physicam addiscunt. Quaeritur vero, an excommunicationem hanc incurrat, qui privatē has scientias audierit, vti si domi praeceptorem haberet, à quo has ediceret facultates?

Incurrit quidem. Quia finis huius prohibitionis est, ne studio harum facultatum studium Theologiae, quod fidei Catholicae tuendae maxime est necessarium diminutionem patiatur. At huic fini non minus obest studium privatum, quam publicum in Scholis: ergo utrumque studium sub hac prohibitionē continetur. Sic Navar. sum. c. 17. n. 17. Suar. d. 23. sect. 3. n. 19. Filliuc. rr. 14. n. 103.

Minime incurrit. Quia Honorius excommunicationem antecederet latam adversus Religiosos extendit ad Sacerdotes, & alios Clericos personatum habentes. At excommunicatione lata adversus Religiosos non comprehendit Religiosos his facultatibus privatum suum Monasterio vacantes: ergo nec comprehendere debet Clericos qui simili modo eas scientias addiscerent. Ita Bonac. de cens. in part. d. 2. q. 4. pun. 6. n. 5. Tolet. l. 1. c. 37. n. 5. Ancharan. ad Cap. Super specula, n. 4. Calderin. conf. fin. n. 7. de Magistris.

Verius hoc censo. Nam ex eo quod studium privatum aequè obiter fini à Pontifice intentō, ac studium publicum, non inferitur, excommunicatione puniri, si de facto sub prohibitionē contentum non est. Sicuti non punitur censura studium, quod quis absque Praeceptore assumeret. Praeterquam quod falsum est, studium private assumptionis aequè obistere huius legis dispositioni, ac studium publicum, & in Scholis habitum. Quia studium privatum rarum est, ac difficilius: ideoque Pontifex de illo non curavit.

* *

DUBIUM

DUBIUM CXLVI.

De Religiosis Leges, vel Medicinā audientibus.

Censuram latam in Cap. Non magno opere & Cap. Super Specula. Ne Clerici, vel Monachi. incurritne Religiosi ē suo Monasterio egressi animo audiendi Leges, vel Medicinam, eas autem non audientes ob impedimentum sibi appositum, si ad Monasterium intra duorum Mensium spatium non redierint.

604
Quaestio
statu.

In praefatis Capitulis. Honorius III. & Alexander III. excommunicatione afficit Religiosos, qui ē suis claustris extierint, ad audiendas Leges, & Physicam, seu Medicinam, intra duos Menses ad claustra non redierint. Necessum est ad hanc censuram incurrendam, Religiosū ē suo Monasterio egredi, intentione praefatas scientias audiendi: & insuper quod intra duorum Mensium spatium non revertatur. Quod spatium computandum est à die egressus, fante textu: Exeuntes ad audiendas Leges vel Physicam, nisi infra duorum Mensium spatium redierint. Gravis autem est difficultas num hanc incurrant censuram Religiosi ē suis Monasteriis egressi animo praefatas scientias audiendi, eas tamen non audientes ob impedimentum sibi appositum, aut prioris voluntatis mutationem, si ad Monasteria intra duorum Mensium spatium non redierint?

605
Non incur-
runt.

Non incurrit. Quia non prohibetur exitus propter se, sed propter harum facultatum auditionem. Ergo auditione seclusa, egressus sub hac censura non est prohibitus. Sic D. Antonin. p. 3. tit. 24. c. 5. citans Ioannem Andreā, & alios. Caiet. v. Excommunicatio, c. 50. Indicat Filliuc. rr. 14. n. 127.

606
Incurrunt.

Incurrunt quidem. Quia esto egressus prohibeatur Religioso, ne extra claustra divagetur occasione has scientias audiendi: at quod de facto prohibetur est egressus eo animo factus absque reditu ad Monasteriū: alias si auditio harum scientiarū necessaria esset ad hanc censurā incurrendā, non ab egressu, sed ab auditione, posito egressu, tēpus duorum Mensium computandū foret contra communem sententiam. Ita Suar. d. 23. sect. 3. num. 14. alios citans Sanctarel. de apostat. c. 2. num. 17. Bonac. to. 3. de cens. in part. d. 2. q. 8. pun. 7. n. 6.

607
Cum his
sentio.

Cum his opinor, addens, si post egressum intra duorum Mensium spatium audire Leges,

DUBIUM CXLVIII.

Excommunicat. tionem latam in Cap. Vbi periculum, contra eos, qui circa Pontificis electionem Cardinalibus nuncium, vel scripturam mittunt, incurrunt qui nuncium, vel scripturam secreto non mittit?

DUBIUM CXLIX.

Hac excommunicatio afficitur Cardinales recipientes nuncium, vel scripturam, aut cum aliquo secreto colloquentes?

612 *Quoniam* **I**N 6. Decretal. Libro fertur excommunicatio nemini reservata Cap. Vbi periculum, §. Hoc sacro, de elect. in 6. contra eos, qui Cardinalibus immittunt nuncium, vel litteras circa summi Praesulis electionem. Ibi Gregorius X. ad remouenda quolibet obstacula, quae sinceram Pontificis electionem impedire possunt, ait: Nulli fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam. Qui vero contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo eorum secreto loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Hae censura comprehendit solum eos, qui Cardinali alicui in Conclauis affuerint scripturam, vel nuncium immittunt, vel secreto alloquuntur. Quasi enim vero, an excommunicationem incurrat, qui nuncium, vel scripturam huiusmodi secreto non mittunt?

613 *Non incurritur nisi secus fiat.* Nuncius, vel scriptura secreto immitti debet, ut mittens hanc incurrat excommunicationem. Quia nulla est specialis ratio, quare potius in locutione requiratur secretum, quam in scriptura, & nuncio. Praeterquam quod aduerbium illud, *secrete* positum in fine clausulae ad omnia antecedentia referri debet. Sic Geminian. Ioan. Andre. & Archidiacon. ad c. Vbi periculum. Syluest. v. Excommunicatio 9. n. 34. Angel. v. Eodem 7. casu 1. Tabiena ibid. 5. casu 16. & alij.

614 *Enim si secus non fiat incurrat.* Non debet nuncius, vel scriptura secreto immitti: siue enim secreta, siue publica huiusmodi immittit, excommunicationi subicitur; de locutione vero sola aduerbium illud *secrete* verificatur. Quia Pontifex non absque mysterio seorsum locutus est de nuncio, & scriptura, eaque nulla apposita restrictione generaliter prohibuit, dicens: Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam; statimque subiungit: Qui vero contra fecerit, scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo eorum secreto loquendo ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Ergo aduerbium illud, *secrete* ad nuncium vel scripturam referendum non est, sed solum ad locutionem. Ita Caiet. v. Excommunicatio cap. 55. Bonac. de censur. partic. d. 2. q. 2. pun. 3. 4. n. 4. Tolet. l. 1. c. 38. n. 1. Nauar. sum. 27. n. 121. Suar. d. 23. sect. 4. n. 1. Sayr. l. 3. thes. 35. n. 3. Filliuc. ar. 14. n. 54.

615 *Haec probatur.* Hae communis sententia est mihi probabilior. Et quidem communicatio per scripturam, vel nuncium ex se secreta est, ideoque opus non fuit huic communicationi eam qualitatem exprimere.

Non afficit. Quia solum excommunicantur Cardinalibus in Conclauis existentibus scripturam vel nuncium mittentes, vel colloquentes secrete cum eisdem. Ergo mittentes à Cardinalibus distinguuntur, maxime cum in verbis antecedentibus dixerit Pontifex, Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat. Ergo personae extra Conclauem existentes sunt, quae huic excommunicationi subiiciuntur, non vero qui intra Conclauem existunt. Sic Caiet. v. Excommunicatio, c. 55. Bonac. d. 2. q. 2. pun. 3. 4. n. 6. Sayr. libro tertio capite trigesimo quinto numero tertio Filliuc. tractat 14. numer. 54. Suarius d. 23. sect. 4. num. 2.

Afficit quidem. Quia finis huius censurae est, sinceritati electionis Pontificiae providere. At huius executio non tam laeditur ex immixtione nuncij, vel scripturae, quam ex eorum receptione: Ergo à fortiori Cardinales recipientes, & legentes hanc censuram innodantur. Sic Theologi non immeriti, quos consului.

Proculdubio prima sententia tenenda vniue est. Nec enim extendenda lex penalis ultra verborum tenorem. Attamen si contingerit, aliquem Cardinalem extra conclauem commorari, verbi gratia, ob impediendum agnitionem, & legentes hanc censuram ad existentes in Conclauis mittere: crediderim huic excommunicationi esse subiectum. Quia nulla est ratio ob quam valeat excusari qui, dem sub generali prohibitione mittendi nuncium, vel scripturam ad existentes in Conclauis comprehendatur.

DUBIUM CL.

Censuram latam Cap. Absolutionis, contra extorquentes absolutionem, vel reuocationem Censurae alicuius incurrunt qui metum leuem incusserit?

De extorquentibus vi, vel metu censuram absolutionem.

IN sexto Decretali libro c. Absolutionis, De his, quae vi, metuue causa sunt. habetur excommunicatio aduersus extorquentes absolutionem, vel reuocationem censurae alienius. Inquit enim Gregorius X. Absolutionis beneficium ac excommunicationis sententia, vel quacumque reuocatione, ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim, vel metum extorta praesentis constitutionis auctoritate omnino viribus euacuamus: ne autem sine vindicta violentia crescat audacia, eos, qui absolutionem, seu reuocationem huiusmodi vi, vel metu extor-

619 *Statu quoque sententia.*

serim, excommunicationis sententia subiacere de-
cernimus. Modus itaque extorsionis praestandus
est per vim, vel metum iniuste incussum; quia
verbum *Extorserim* actionem iniustam indicat.
Quaeritur autem, an levis vis, vel metus
sufficiat ad huiusmodi iniustam extorsio-
nem?

620 Sufficit quidem. Quia aliquem levis metus
poterit afficere ad absolutionem impetendam,
vel reuocationem praestandam: sicut alium gra-
uis metus incussum. Ergo si levis metus, aut
vis sufficiat ad id exequendum, sufficiet ad in-
currendam excommunicationem. Sic Caiet.
verb. *Excommunicatio capit. 41. Nauarr. sum-
capit. 27. numer. 125. Reginaldus libro nono nu-
mer. 346.*

621 Non sufficit. Quia Metus absolute prolatus
de graui est intelligendus, non de leui hic enim
pariipenditur à iure, ne omnia sint licibus
plena. Ita Syluest. verb. *Excommunicatio 9. nu-
43. Filliuc. tract. 14. numer. 59. Suar. disputation.
23. section. 4. n. 11. Sayrus lib. 3. thes. cap. 34. n. 12.
Bonac. de cens. in partic. disp. 2. question. 2. pun. 15.
num. 2.*

622 Hanc communem sententiam veriorum ef-
se non dubito. Nam absolutio censuræ metu
leui extorta valida est, uti Doctores de censur.
in communi profitentur. Pontifex autem hoc
in Cap. loquitur de metu, aut vi, quæ efficit
absolutionem viribus euacuari, ut vidimus.
Moneo autem quovisq; facto absolutio, seu
reuocatio censuræ media vi, vel metu ob-
tineatur, non esse locum huic excommunicatio-
ni. Quia textus requirit absolutionem, vel
reuocationem censuræ extortam esse, hoc est,
de facto concessam.

DVBIVM CLI.

Sub sententia excommunicationis, de qua
hæc Cap. Absolutionis, agitur compre-
henditurne excommunicatio Minor, ita
ut extorquens huius absolutionem, vel
reuocationem, excommunicatione Maiori
illigetur?

623 Comprehen-
ditur. Quia excommu-
nicatio minor vera excommunicatio est.
Ergo sub nomine illius excommunicationis,
cuius absolutionem, vel reuocationem vi, vel
metu extorqueri prohibetur in illo capite,
comprehenditur. Sic Bonac. de censur. in partic.
disputation. 2. question. 2. punct. 15. numer. 2. alios
citans.

624 Minime comprehenditur. Quia excommu-
nicatio absolute prolata pro maiori solummo-
do supponit. Argum. textus in Cap. Si quem de
sent. excom. Ita Angel. v. *Excommunicatio 7. nu-
18. Syluest. eodem v. 9. n. 43. Sayr. l. 3. thes. c. 34. n.
12. Filliuc. tr. 14. n. 59.*

625 Verius hoc
miki. Veriorem hanc sententiam esse reor. Quia
textus loquitur de sententia excommunicatio-
nis, cuius absolutio, vel reuocatio per vim est
obtinenda: At cum excommunicatio minor
nunquam ab homine iniungatur locus esse nō
Potest reuocationi. Et cum illius absolutio à

quolibet valeat impendi, nulla est necessitas
interponendi vim, aut metum ad illam extor-
quendam.

DVBIVM CLII.

Excommunicatio lata Cap. 2. Ut periculosa, Ne ribus, vel
Clerici, vel Monachi in 6. contra Doctores, Magistros
& Magistros, qui Religiosos habitu di-
miso leges, vel Physicam audientes scienter Religiosos
docent vocabulo Doctoris, & Magistri idemne
significatur?

Fatur Bonifacius VIII. illo Cap. Doctores au-
tem, seu Magistri, qui Religiosos habitu suo
dimisso, leges, vel Physicam audientes scienter do-
cent, aut in Scholis suis praesumpserint retinere si-
mili eo ipso sint sententia excommunicationis
innodati Magistri itaque & Doctores prohibe-
tur sub excommunicationis pena, ne Religio-
sos, habitu suo dimisso, Leges, vel Physicam
audientes scienter edoceant, vel in Scholis suis
praesumant retinere. Quæstio autem voluitur,
an per duo illa vocabula Doctores, & Magistri
idem significetur.

Non significatur idem, sed nomine Doctoris si-
gnificatur is, qui Doctoratus laurea est insigni-
tus, tamen si non doceat. Quia ei tantum nomen
Doctoris communiter applicatur. Nomen
autem Magistri intelligitur actu docens. Quia
textus videtur dictione distinctiva, Doctores,
sive Magistri. Sic Suar. d. 23. sect. 4. n. 39 & 45.
Bonac. de cens. in partic. d. 2. question. 2. punct. 23.
fine.

Idem utroque nomine significatur: nomen.
que Magistri appositum est ad declarandum
Doctoris nomen: praestatque hunc sensum: que minus
Docentes sive sint insigniti Doctoratus laurea, significatur.
sive simplices Magistri, si Religiosos habitu
dimisso audientes Leges aut Medicinam do-
ceant, excommunicatione innodantur. Quia
hac constitutione Pontifex cauere intendit, ne
Religiosi studio scientiarum prohibitarum va-
cantes doceantur, ad cuius finem Doctoratus
laurea decoratū esse nisi Doctoris munus exer-
ceat: ergo solum docentes sub hac constitutio-
ne intelliguntur. Ita Glof. in præsen. v. Retinere.
Nauar. sum. c. 27. nu. 134. Sanch. l. 6. Decal. cap. 8.
num. 66.

Cum his verius opinor, Suarj mei venia.
Nā qui actu Magister non est, nec docere, nec
retinere in suis Scholis Religiosū potest. Quia
non de retentione in materialibus Scholis tex-
tus loquitur, ut per se patet: sed de retentione
formali, scilicet in publicis lectionibus. Præ-
erea quia hæc constitutio penaliter est: ergo non
debet extendi, sed restringi. Certe Sayr. lib. 3.
thes. c. 35. n. 5. Tolet. l. 1. c. 38. nu. 21. Richard. in 4.
dist. 18. q. 5. a. 11. Palud. q. 3. a. 3. Angel. v. *Excom-
municatio 7. casu 25.* & alij communiter solius
Doctoris hic nominis meminere, nullam in-
ter Doctorem & Magistrum distinctionem
agnoscentes.

D V B I V M C L I I I .

De sepe. Censura lata in Cap. Quicumque, de
hæreticis, hereticos, eorumque defen-
sore. sutores. sutores sepelire ut incurratur opusne est, ut
heretici, eorumque defensores sint nomi-
nati denuntiati?

630 In prædicto Cap. Alexander VI. eos excommu-
nicat, qui hæreticos, eorumque fautores au-
dent sepelire amandare. Fatur enim Pontifex.
Quicumque hereticos, credentes, receptatores, de-
fensores, vel fautores eorum scienter præsump-
tè Ecclesiastica sepultura tradere, &que ad
satisfactionem idoneam excommunicationis sen-
tentia se nonerint subiacere. Neque absolutionis
beneficium mereantur, nisi propriis manibus pu-
blice extirpulent, & proiciant huiusmodi cor-
pora damnatorum: & locus ille perpetua caveat
sepultura. Quæstio autem est, an opus sit, ad
hanc censuram incurrendam, ut hæretici, eo-
rumque fautores sint nominati denun-
ciati?

631 Opus est ut denuntiati sint. Quia post Ex-
trauag. Ad evitanda, non tenemur vitare ex-
communicationem, qui manifestus Clerici per-
cussor non fuerit, vel non sit nominati denun-
ciatus. Sic Bonac. 1. de Cens. in partic. d. 2.
quæst. 2. punct. 30. Palao de Cens. disput. 3. punct. 33.
num. 15.

632 Non est opus, ut nominati denuncia-
ti sint. Quia hæc excommunicationi non incur-
ritur ob communicationem cum heretico, qua-
tenus fuit excommunicatus: sed quatenus hæ-
reticus fuit, & in hæresi decessit. Vnde non est
attendenda publicatio excommunicationis, sed
finalis in hæresi, & manifesta impenitentia.
Ita nonnulli, nec improbabiliiter.

633 Ego quidè, licet alicui hæc sententia verior
videatur, Bonacinæ subscribo, ob illam Extra-
uag. quæ eximit ab obligatione vitandi quem-
libet non solum ob censuram, sed ob quam-
libet sententiam à iure, vel ab homine. Porro
absolutio ab hac censura præstanda non est,
quovis delinquens corpus sepultum publi-
ce extirpulet. Quod intelligo, si publice fuerit
tumulatum: ut satisfactio delicto respondeat.
Nam si secreto fuit sepultura traditum
secreto erit exhumandum. Publice autem,
vel secreto, dummodo cadaver illud aliis
fidelium offibus discerni valeat. Sayrus
libro tertio thesau. capite trigesimo quinto numero
sexto.

D V B I V M C L I V .

Censuram latam in Cap. Pro humani,
1. de homic. in 6. contra eos, qui
per assassinum aliquem Christianum
fecerint interfici: incurruntne qui ali-
quem pecunia inducunt, ut offi-
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

cium assumat alium interficiendi?

Hæc excommunicatione percutiuntur, qui
per assassinum aliquem Christianum fe-
cerint, vel mandauerint interfici, tametsi mors
non sequatur. Quærimus autem, num hanc
censuram incurrant, qui pecunia inducunt aliquem
ad Christicolam occidendum?

Incurrunt quidem. Quia nomine Assassinum
intelligitur ille, qui pecunia inducitur officium
assumit aliquem occidendi. Sic Sayr. l. 3. lib. 6.
34. num. 22.

Non incurrunt. Quia nomine Assassinum in-
telliguntur quidam infideles Principibus Chri-
sticolis subiecti & hoc crudele officium homi-
ne interficiendi assumentes. Quod quidè mani-
feste indicant illa verba textus: Ab eorumdè As-
sassinorum domino impetrare, & ille tanquam
Christiane Religionis emulus, &c. Neque est ve-
rosimile, Pontificem ipsos Assasinos ab excom-
municatione liberaturum, si excommunicatio-
ni subiecti possent. Ita Tolet. lib. 1. cap. 38. num.
25. Bonacin. de Censur. in partic. disput. 2. q. 2.
punct. 33. numero secundo Filiuc. tractat. 14. nu-
mer. 63. Suarius disputat. 21. sectione quarta
numer. 47. Couar. libro secundo variar. capite
vigesimo numero nono. Nauarr. summ. cap. 27.
num. 136.

Hanc sententiam longe probabiliorem esse
credo. Si primò autem hæreas, cogeris af-
firmare huic excommunicationi sæpe esse lo-
cum, cum plures, ut servitatem habeant,
homicidas conducunt ad inimicum interficien-
dum. Excommunicationem itaque incurreret fa-
ciens interfici Christianum Catholicum (non
hæreticum) per assassinum, vel de interfectio-
ne mandatum præstans, tametsi ex eo mandato
forlan mors non sequatur. Item in eam inci-
det qui assasinos receperit, defenderit,
vel occultaverit. Quod intellige, postquam
perpetrauerint necem, vel mandatum de ea
perpetranda acceperint. Nam si mandans ob-
solum mandatum huic excommunicationi subie-
citur: receptor, vel defensor mandatarij eidem
subiecti debet.

D V B I V M C L V .

Excommunicantur in Clement. 1. Religiosi,
de Decimis, Religiosi usurpantes De-
cimas, si intra duos menses damnificatis
Ecclesiis emendam non fecerint: Termi-
nus duorum mensium computandusne est
à die usurpationis?

Clement. V. in hac Clement. Religiosos,
qui sibi novalia, hoc est agros, quorum
cultura memoria non extat aut alias decimas
Ecclesiis debitas appropriare, vel usurpare
præsumperint: vel suis familiaribus, pastori-
bus, aut colonis decimarum solutionem
non permiserint, aut prohibuerint, ab officio,
& beneficio suspendit. Quod si Religiosi
administrationes vel beneficia non habue-
rint, excommunicationi subicit. Porro,
ut huic Censuræ sit locus, non sufficit
Z 3 appro

634
Quæstionis
statu.

635
Incurrunt.

636
Non incur-
runt.

637
Hoc longe
probabilius.

638
Quæstionis
statu.

appropriare, vel usurpare decimas, sed infu-
per requiritur, ut infra duos menses damnifi-
catis Ecclesiis emenda non fiat Quæstio igitur
est, num terminus duorum mensium compu-
tandus sit à die usurpationis, vel appropriatio-
nis decimarum an à requisitionis die?

639 *A die usur-*
pationis me-
ses compu-
tandi. Non à die requisitionis, sed à die usurpationis. Quia admonitio non coniungitur usurpationi, sed solum non permissioni, seu prohibitioni. Sic Sayr. libr. 3. thesau. capit. 34. numer. 24. Bonacin. hic, disputation. 2. question. 8. punct. 12. num. 5.

640 *Nō compu-*
tandi à die
usurpationis. A die requisitionis, non à die usurpationis computandi sunt. Quia illa verba, *Post monitionem* posita in principio clausulæ ad omnia in ea clausula cōtenta referuntur. Neque est vlla ratio, ob quam potius non permissioni, seu prohibitioni annectatur, quam usurpationi: cum tam non prohibitio, quam usurpationis sub eadem periodo contineatur. Ita Glos. ad hanc Clement. 8. Duos menses. Cardin. ibi, num. 24. Alterius de suspens. disputation. 17. capit. 2. vers. 6. Suar. de Censur. disputation. 31. section. 6. numer. 9.

641 *Hoc teneo,*
& expono. Profecto omnes conveniunt in prohibitione, seu non permissione solutionis decimarum feris, familiaribus, colonis, vel pastoribus facta, computandum esse tempus duorum mensium à die, quo sunt Religiosi illi à parte requisiti, ut à præfato Pontifice decum est, ut constat ex illis verbis: *Nisi post requisitionem per eos, quorum intererit, super hoc factam, à promissis destiterint infra mensem.* At quoad appropriationem, vel usurpationem decimarum probabilius existimo, computandum esse illud tempus ab eodem die requisitionis, vel admonitionis. Nam cū hæc explicatio legē penalem restringat, sustinenda est, alia vero, quæ illam ampliat, repellenda.

DVBIVM CLVI.

De quæstidā
falsam do-
ctrinā circa
Eucharistię
receptionē
proferenti-
bus.

Decretum Tridentini ses. 13. can. 11. ligat-
ne existentes in Anglia, aliisque par-
tibus, ubi Concilium non est rece-
ptum?

642 *Scitum quæ-*
sitionis. Excommunicationem fert Tridentinum
Ei inibi contra eos, qui præsumperint prædi-
care, vel pertinaciter asserere, vel publicè dis-
putando defendere, non esse necessarium iis,
quos conscientia peccati lethalis grauat, habi-
ta confessoris copia, prætermittere Sacramen-
talem Confessionem Communioni recipien-
dæ. Dubitatur, num hoc decretum liget exi-
stentes in Anglia, aliisque partibus, ubi Con-
cilium receptum non est?

643 *Ligat qui-*
dem. Ligat equidem. Quia hoc decretum conti-
net doctrinam ad fidem pertinentem, Sic Suar.
disputat. 23. section. 7. numer. 5. Filliuc. tractat. 14.
num. 84.

644 *Non ligat.* Non ligat. Quia decreta pœnalia, & præce-
ptiva non ligant existentes in eis Prouinciis,
ubi Concilium publicatum, ac receptum non
est. Ita Bonacin. *tom. tertio de Censur. in par-*

tic. disputatione secunda questione secunda punct.
14. fine. Castro Palao de cens. disput. 3. punct. 36.
num. 2.

Ego autem secundum rationem, qua Suarius, 645
& Filliucius nituntur non est dubium, omnes
comprehendere: cū ea, quæ ad fidē pertinet, sunt placitum.
omnibus cōmunia. At quatenus transgressori-
bus huius decreti pœnam excommunicationis
imponitur, existimo eos non comprehendere,
re, ob secundæ sententiæ fundamentum. Om-
nes igitur ubique terrarum tenentur hoc sen-
tire & obseruare, quod Concilium præscribit,
sed solummodo excommunicationem incurret
transgressores iis in terris, ubi Concilium fue-
rit receptum.

DVBIVM CLVII.

An excommunicationem latam à Triden-
tino ses. 25. c. 18. aduersus cogentes se-
minam ad Religiosam vitam, Reges, ac
Regine incurrant?

Incurrunt plane. Quia Concilium vniuersas 646
ac singulas cuiuscumque qualitatis, & con-
ditionis fuerint, tam Clericos quam laicos,
seculares, quā Regulares, atque etiam qualibet
dignitate fulgētes excommunicationi subiicit. At
sub hisce verbis omnes nemine dempto com-
prehenduntur: Ergo Reges, & Regine.
Sic Suarius disputatione vigesima tertia ses. 7.
num. 8.

Minime incurrant. Quia oportebat horum 647
expressam fieri mentionem iuxta ipsum Tri-
dent. ses. 22. cap. 11. Ita Sanchez libro quarto
Decalog. capit. 4. numer. 2. Bonacin. disputation. 2.
ques. 2. punct. 2. num. 14. Palao disput. 3. punct. 36.
num. 8.

Hæc mihi magis placet opinio. Næc enim 648
Ecclesia assolet Reges in decretis communibus
pœnam continentibus, nisi facta speciali men-
tione, comprehendere.

DVBIVM CLVIII.

Hoc Tridentini decretum comprehendine
parentes famina illius, quæ ad
Religionem cogitur?

Non comprehendit. Quia non est verisimi- 649
le, Pontificem hos excommunicatione pu-
niri ob coactionem quæ in commodum filia-
rum censenda est fieri, cum ipsi parentibus
iure naturali competat vitæ, salutis, & inco-
lunitati consulere, à qua obligatione non
sunt censendi deficere. Sic nonnulli Docto-
res, quos tacito nomine refert Azor. parte se-
cunda libro secundo capit. 22. question. 15. quæ
ipse assentire videtur Barbosa in remis. Concilii.
cap. 19.

Comprehendit quidem. Quia hæc excommu- 650
nicatio non tam lata est in puellarum fa-
uorem, quam in libertatem Religionis,
quæ

Seçt. II. De Excommunicat. Dubia. 263

quæ potius à parentibus, quam ab aliis lædi potest. Ita Palao de Censur. disputatione tertia, puncto trigésimo sexto, numero octavo, asserens hanc sententiam communiter ab omnibus Doctoribus edoceri.

651
Ego subscribo iudicans parentem qui ad Regularem vitam filias cogit non tam earum vitæ salutis, & incolumitati consulere: quam earum non semel exitium æternum procurare.

DUBIUM CLIX.

Qui cogit feminam Monasterium ingredi, non ut ibi proficiatur, sed ut educetur, & de statu assumendo deliberet, afficiturne hac excommunicatione?

652
Sic, præstandam esse coactionem, vel ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel ad professionem emittendam. Ex quibus textus verbis controversia est inter Doctores, an si quis cogat feminam Monasterium ingredi, non ut ibi proficiatur, sed ut educetur, & de statu assumendo deliberet, hac Censura afficiatur?

653
Non afficitur. Quia Concilium in hoc decreto libertati status Religiosi consulere intendit, qui finis non læditur, cum femina non ad Religiosum statum assumendum cogitur. Sic Manuel. tomo secundo, summa capite octavo, conclusionem quinta, numero decimo. Bonacina de Censur. in particul. disputatione secunda, questione secunda, puncto secundo, numero sexto.

654
Afficitur plane. Quia Concilium disjunctive loquitur de ingressu, de susceptione habitus, & de professione. At cogens feminam Monasterium ingredi, ut ibi educetur, etsi habitum non suscipiat, nec professionem emittat, vere cogit ad Monasterij ingressum. Ergo hac Censura afficitur. Ita Nauarr. libro quinto, Consil. titul. de sentent. excommunicat. consil. 56. per totum. Quatius tomo quinto, disputatione vigesima tertia, sectione septima, numero nono. Zerola praxi Episcop. parte secunda, verbo Moniales, versicul. decim. tert. Barbosa in remis. Concil. hic, & de potestat. Episcop. parte tertia, allegatione quinquagesima, numero 174.

655
Hanc sententiam, quam veram esse puto, tempero cum Sancio libro quarto, Decalogi capit. sentent. parte quarto, numero duodecimo. Ut intelligatur de ingressu in Monasterium animo principali, ut postmodum femina habitum induat. Quia coactio ad ingressum sub ea intentione præstita status Religiosi obest li. bertati, secus vero si is animus absit.

* *

DUBIUM CLX.

Sub Gregorij XIII. constitutione prohibente, ne Clerici taurorum agitationi intersint, includunturne Religiosi, qui nullo Ordine sunt insigniti?

656
Includuntur. Quia quilibet Religiosus, Clericus Regularis nuncupatur. Et quia Clementis VIII. in suo decreto die 13. Januarii anno 1596. edito ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis (ubi aufert omnes excommunicationes in litteris Pij V. & Gregorij XIII. contentas, quoad omnes in illis expressos in Regnis Hispaniarum duntaxat) excipit Monachos, & Fratres Mendicantes, ceterosque cuiuscunque Ordinis, & instituti Regularis. In qua quidem exceptione non usus fuit nomine Clerici, sed absolute dixit, Monachis, & Fratribus Mendicantibus, ceterisque cuiuscunque Ordinis, & instituti Regularibus exceptis. At sub nomine Monachi, Fratris, & Regularis continetur Religiosus, etsi nullo ordine insignitus sit. Sic Manuel tomo tertio, questionum Regularium, questione sexagesima octava, articulo secundo, Nauarra libro secundo, de restitut. capite tertio, numero 306. Bonacina hic, disputatione 2. questione 4. puncto 7. numero 7. & alii.

657
Non includuntur. Quia textus prohibitionem indicens, nomine Clericorum Regularium usus est. At licet in decreto favorabili sub nomine Clerici comprehenduntur Religiosi, non tamen in decreto pœnali, & odioso, quod debet restringi. Ita Villalob. tractat. 12. difficult. 20. numer. 16. Palao de Censur. disputat. 3. punct. 37. numer. 22.

658
Cum his opinor. Nam si Pontifex vellet omnes Regulares comprehendere, ut quid illam particulam Clerici addidit? Apertius enim suam intentionem exprimeret, illa dictione omissa, & solum scribens, Regulares. Nec obesse video Clementis VIII. decretum. Quia illud non inducit novam obligationem, sed quæ lata erat constitutione Pii, & Gregorii aduersus Religiosos suo in robore reliquit.

DUBIUM CLXI.

Extra Hispaniarum Regna an interdicta sit assistentia taurorum agitationi beneficiario cuiuslibet, etiam si exiguos reditus habeat?

659
Constat ex Bulla Pii V. edita Kalend. Nouemb. anno 1567. quæ incipit, De salute gregis, & ex Bulla Gregorii XIII. edita die 25. Augusti anno 1575. Bullam Pii temperante, omnes, & singulos, qui beneficium Ecclesiasticum habuerint, vel sacris fuerint initiati, assistentiam agitationi taurorum prohiberi sub excommunicationis pœna. Quæstio vero an sufficiat beneficium quodlibet

Z 4 bet

bet habere, etiam si exiguos reddat fructus?

660 *Non sufficit.* Quia huiusmodi beneficium, quasi non esset beneficium reputatur. Sic Aui-
la de Censur. parte secunda, capite quinta, dis-
putatione prima, dubio quarto, conclusione
septima.

661 *Sufficit plane.* Quia beneficium exiguum
reddituum verum beneficium est. Et licet suffi-
ciens non sit ad inducendam obligationem
pensum horarum singulis diebus recitandi:
non inde inferri potest, insufficiens esse ad
obligandum, ne his spectaculis beneficiarius
assistat. Quia recitatio Horarum est beneficia-
rij munus, ob cuius exercitium ex fructibus
beneficij alitur: beneficium enim datur propter
officium. Si igitur beneficij fructus exigui sint,
scilicet, ad beneficium alendum insufficien-

tes: insufficiens etiam erit beneficium ad obli-
gandum ad continuam Horarum recitatio-
nem. Quæ ratio nullatenus procedit in
prohibitione assistendi hisce spectaculis,
quæ solum ob indecentiam status Cleri-
calis indicitur. Ita Bonacina hic, disputatio-
ne secunda, questione quarta, puncto septi-
mo, numero quinto, Palao de Censur. dis-
putat. 3, punct. 37, num. 22.

Hoc verius esse crediderim. Nam quodlibet
beneficium quantumvis exiguum, sufficit, ut
beneficiarius fori privilegio gaudeat, ut omnes
futura: ergo etiam sufficiens erit, ut benefi-
ciarius spectaculis indecentibus priuatur. Quia
utrumque, scilicet, privilegium, & prohibitio
ob eandem causam, nempe ob decentiam Cle-
ricalis status indicitur.

